malitiam non amittit in tribulatione. Plũbus quoq; ceteris metallis eſt grauius. In fornace ergo plumbum inuenitur: q̄ ſic peccati ſui pondere p̄mitur: ut ẽt in tribulatiõne poſitus: eternis dñiderijs nõ leuetur. Hinc ruruſus ſcriptum eſt. Multo labore ſudatum ẽ: et non exiit d̄ ea nimia rubigo eius: neq; per ignem. Ignem q̄ppe nobis tribulationis admouet: ut in nos rubiginem purget uitioꝝum. Sed neq; per ignem rubiginem amittim⁹ quãdo et inter flagella uitio nõ carem⁹. Hinc p̄pheta iterũ dicit. Fruſtra conflauit conflator: malitiẽ eoz non ſunt cõſumpte. Sciẽduz uero eſt q̄ nõ nõũq̄ cum inter flagelloꝝum duritiã remanẽt incorrecti dulci ſũt admonitione mulcendi. Quos eni crutia menta nõ corrigunt: nõ nõũq̄ ab iniquis actib⁹ leuia blãdimenta cõpeſcũt. Quia et plerumq; egros quos fortis pigmetozuz portio curare nõ ualuit: ad priſtinã ſalutẽ tepens a qua reuocauit. Et nõnulla inciſiõne uulnera que curari nequeunt ſomẽtis olei ſanãtur: et durus adamas iſciſionem ferr i mĩne accipit: ſed leuĩbircoꝝum ſanguine molleſcit.

Qualiter admonedi ſunt nimis taciti: atq; aliter multiloquio uacãtes. Capitulu. xxxviii.

Liter admonedi ſunt nimis taciti: atq; aliter multiloquio uacãtes. In ſinuari naq; nimis tacitis debz: q̄ dum qdam uicia icauere


Tertia pars pastoralis

fugiunt: occulte deteriorib⁹ implicā-
tur. Nam sepe lingua quia imode-
ratus frenant i corde graui⁹ mul-
tiloquiū tollerat: vt eo plus cogita-
tiones in mente ferueāt: quo illos
violēta custodia indiscreti silentij
angustat. Que plerunq; tanto la-
tius diffluunt: quāto se esse securi⁹
existināt quia foris a reprehēso-
ribus nō videtur: vnde nōnūq; mēs
in superbiam extollitur: et quos lo-
quentes audit quasi infirmos despi-
cit. Lūq; os corporis claudit: quā-
tum se vitijs superbiendo apertat nō
agnoscit. Lingua et n. premit: mētē
eueat: et cū suaz neq̄tiam mime cō-
siderat: rāto apud se cūctos liberi⁹:
quāto et secreti⁹ accusat. Admonen-
di sūt ergo nimis taciti: vt scire nō
solum sollicitate studeant: quales fo-
ris ostēdere: sed et quales se debe-
ant intus exhibere: vt plus excogi-
tatōib⁹ oculū iudiciū q̄ ex sermo-
nib⁹ reprehētionem metuāt. primo-
rum. Scriptum nāq; ē. Filii mi at-
tēde sapiam meam: et prudentem ee-
dicina aurem tuā: vt custodias cogi-
tatōes. Nil q̄ppe i nobis ē corde fu-
gatius: q̄ a nobis tortiens recedit:
quoties per prauas cogitatōes de-
fluit. Hic et n. psalmista ait. Cor me-
um dereliquit me. Hic ad semetipsum
rediēs dicit. Inuēit seru⁹ tu⁹ cor suū
vt oraret te. Cum ergo cogitatio p-
custodiam restringitur: cor qd fuge-
re consuevit inuenit. Plerūq; autē ni-
mis taciti: cū nōnulla patiūtur inu-

sta: eo i acriore dolore: pdeūt: quo
ea q̄ sustinet nō loquūtur. Nam si
illatas molestias lingua trāq̄lle dice-
ret: mēs a cōscie dolore aliēa mane-
ret. Vulnere eiz clausa: pl⁹ cruiāt.
Nā cū putredo q̄ intus seruet eucit
ad salutē dolor apit. Scire igit d-
bent q̄ plusq̄ expedit tacēt: ne inter
molesta q̄ tolerant: dum linguam te-
nēt: viz doloris exagerent: Admo-
nēdi sūt eim vt si. primos sicut se di-
ligūt: minime illis taceāt vñ eos iu-
ste reprehēdunt: vocis eim medica-
mie vtroq; saluti cōcurrūt: dum
et ab illo q̄ ifert actō praua cōpesci-
iur: et ab hoc qui sustinet doloris ser-
uor vulnere aperto tempant. Qui
enim mala primorum despiciunt: et
tamē silentio linguam premit: quasi
cōspectis vulnerib⁹ vsus medicami-
nis subtrahunt: et eomortis aucto-
res sūt: quo virus quod poterant
curare noluerūt. Lingua itaq; discre-
te frenāda est: nō insolubiliter obli-
gāda. Scriptus nāq; est. Sapiēs
vsq; ad tēpus tacebit: vt nūmūq; cū
oportunum fuerit postposita censa-
ra silentij: loquēdo que cōgruunt in
vsum se vtilitatis ipendat. Et rursum
scriptum ē. Tēpus loquēdi: et tēp⁹
tacēdi. Discrete quidē vicissitudinū
pelandā sūt tempora: ne aut cum re-
stringi lingua debz: per verba inutiliter
defluat: aut cū loq̄ vtiliter potest: se-
metipsam pigre restringat. Q̄ bene
psalmista p̄siderās ait. P̄oe dñe cu-
stodiam orimeo: et hostium circum

stantie labijs meis. Non enim po-
ni ori parietem: sed hostium penit:
qđ videlicet apit̃ z claudit̃. Unde
z nobis caute discendum est: quati-
nus hos discretam: z congruo tem-
pore vor aperiat: z rursus tacitur-
nitas congruo claudat. At p̃tra
admonēdi sūt multiloq̃o vacantes
vt vigilāter aspiciant a quāto recti-
tudinis statu depercūt: dum p̃ mul-
tiplia verba dilabuntur. Humana
etenim mens: aque more z circūdu-
sa ad superiora colligitur: qđ illud
reperit vnde descendit: z relaxata
deperit quia se per ifima inutiliter
spergit. Qđ eni super se vacans ver-
bis a silentij sui censura dissipatur:
quasi tot rivus extra se ducitur: vn-
de z redire interius ad sui cognitio-
nes nō sufficit: qđ per multiloquiūz
spersa: a secreto se intime considera-
tionis excludit. Totam vero se in-
sidiantis hostis vulnerib⁹ detegit:
quia nulla se munitione custodie cir-
cūcludit: vnde scriptum est. Sicut
vrbs patens z absqz muroz am-
bitu: ita vir qđ non potest in loquen-
do cobibere sp̃m suum. Quia eni
murus silentij nō habz: patet inimi-
cis iaculis ciuitas mentis. Et cuz se
per verba extra semetipsam eicit: a
pertam se aduersario ostēdit. Quā
tanto ille sine labore superat: quāto
ipsa que vincitur per multiloquiūz
contra semetipsam pugnat. Perit̃
qz autēz quia mēs desideriosa p̃ quos-
dam gradus in lapsum casus ipelli

tur: dum ociosa cauere verba negli-
gimus: ad noxia peruenimus: vt p̃
us loqui aliena libeat postmodum
detractionibus eozum vitam d̃ qui-
bus loquit̃ mordeat: ad extremum
vero vsqz ad apertas lingua contu-
melias erumpat. Hic seminatur sti-
muli oriuntur rixe: accēduntur faces
odiorum: pax extinguitur cordiuz:
vnde bene per salomonem d̃. Qui
dimittit aquam: caput ē iurgioz.
Aquam q̃ppe dimittere ē: linguaz
influxum eloquij relaxare: cui con-
tra in bona et pte dicit. Aqua p̃fā-
da vba ex ore viri. Qui ergo dimit-
tit aquam caput ē iurgioz. Quia
qui linguam non refrenat concordia
am dissipat: vnde e diuerso scriptū
est. Qui imponit stulto silentiū iras
mitgat. Quatez multiloquio quis
qz seruiens linguam frenare nequē-
uerit: accidit vt rectitudinem iusti-
cie tenere nequaquā possit: qđ te-
statnr propheta qui ait: vir liguosus
non dirigitur in terra. Hic salo-
mon iterum dicit. In multiloquio
peccatū nō deerit. Hinc esaias ait.
Custos iusticie silentium. v. z. idicās
quia mentis iusticia desolatur: quā-
do ab imoderata locutione pascit.
Hinc iacobus ait. Si quis putat se
religiosum esse nō refrenans linguaz
suam: sed seducens cor suum: hui⁹
vana est religio. Hinc rursus ait.
Sit omnis homo velox ad audi-
endum: tardus autem ad loquēdū
z tardus ad iram. hinc iterum ṽm



Tertia pars pastoralis.

lingue diffiniēs adiungit. Lingua i quietum malum: plena venēo mor rifero. Hic per semetipsam nos ad monet veritas dicens. De verbum ociosum quod locuti fuerint homi nes: rōnem reddent de eo in die iuditiū. Ociosum quippe verbū ē: qd aut rōne iuste necessitatis: aut iten tiōe pie vtilitatis caret. Si ergo rō de ocioso sermone erigitur: pense mus que pena multiloquium mane at in quo ēt per noxia verba pecca tur. **Q** aliter admonēdi sunt pi gri: atq; aliter p̄cipites. La. xxxix.

Liter admonēdi sunt pigri: atq; aliter p̄cipites. Illi nā q; suadendi sunt ne agēda bona dū differūt amittant. Isti vero admo nēdi sunt: ne dum bonorum tēpus incaute festinādo p̄ueniunt: eoz merita imutēt. Pigri: itaq; intima dum est: q; sepe dum oportune age re que possumus nolumus: paulop^o cuz volumus nō valemus. Ipa q̄p pe mentis defidia dūz congruo ser uore nō accēditur: a bonorum desi derio funditus conualescēte torpo remactatur: vnde per salomonem aperte dī. Pigredo imittit sopores. Piger enim recte sentiēdo quasi vi galat: q̄uis nil operādo torpescat. Sz pigredo soporem imittere dicitur: q; paulisper ēt recte sentiēdi vi galātia amittit: dū a bene operādi studio cessatur: vbi bene subiūgit. Et aīa dissoluta esuriet. Nam quia se ad superiora stringēdo non diri

git: neglectā se inferi^o per desideria expandit. Et dum studiorum sublt mium vigore nō constringitur: cu piditatis in fine fame sautiatur: vt quo se per disciplina zigare diffimi lat: eo se esuriēs per voluptatū desi deria spergat. Hic ab eodez rursus salomone scribitur. In desiderijs ē ois ociosus. Hinc ipsa veritate p̄re dicāte: vno q̄dem exeunte spū mū da domus dī: sz multiplicatius rede unte dū vacat occupatur. Plerūq; piger dūz necessaria agere negligit quedam sibi difficilia opponit: que dam vero icauere formidat: z dūz q; si inuenit: quid velut iuste metuat: ostēdit q; in ociosus quasi nō iuste torpescat. Qui recte per salomones dī. Propter frig^o. n. piger noluit a rare: mendicabit ergo estate z non dabit ei. Propter frig^o. n. piger nō arat: dū defidia z torpe constrict^o: agere q̄ bona debz dissimulat. Pro pter frigus piger nō arat: dum par ua et aduerso mala metuit: z opari maxima p̄termittit. Bene autem dī. Mendicabit estate z nō dabit ei. Qui n. nūci bonis opib^o non ex sudat: cum sol iuditiū feruentior ap paruerit: quia frustra regni adinū postulat: nil accipiens estate men dicat. Bene huic per eundem salo monem rursus dicitur. Qui obser uat ventum non semināt: z qui cō siderat nubes nūq; metet. Quid n. puētū nisi malignoz spūuz tēptatō expmī^o? Et qd p nubes q; monēt

a vento nisi aduersitates prauorum
 bonis designatur: Auentis v3 impel
 luntur nubes: quia inmundoz spi
 rituz afflati praui excitatur homi
 nes. Qui ergo obseruat ventu non
 seminat: qui considerat nubes nun
 q̄ metet: quia quisquis malignoz
 spirituum: quisquis p̄secutione pra
 uorum hominum metuit: neqz nūc
 grana boni opis seminat: neqz tūc
 manipulos sancte retributionis se
 cat. Ad cōtra admonēdi sunt p̄
 cipites quia dum bonorum actuz
 tempus preueniūt: meritū puertūt
 Et sepe in malis corruūt: dū bona
 minime discernunt. Quia nequa q̄
 que agunt inspiciunt: sed plerūqz
 acta que ita non debuerint agere re
 cognoscūt. Quibus sub auditoris
 specie recte apud salomonē dicit.
 Fili sine cōsilio nihil facias: et post
 factū nō penitebis. Et rursus. Pal
 pebre tue p̄cedāt tuos gressus. Pal
 pebre quippe gressus p̄cedūt: cuz
 opationem nostrā recta consilia p̄
 ueniūt. Qui enim negligit cōsiderā
 do preuidere q̄ facit: gressus rēdit:
 oculos claudit: p̄gendo iter cōficit
 sed preueniendo sibimetipsi nō an
 tecedit atqz iccirco citius corruit:
 quia quo pedem operis ponere de
 beat: per palpebrā consilij non attē
 dit. Quod aliter admonēdi sunt
 mansueti: atqz aliter iracundi. Ca. lx.

Littere admonendi sunt man
 sueti: atqz aliter iracundi. Nō
 nunq̄ autē mansueti cum presunt:

vicinum et quasi iuxta positum tor
 pore patiuntur: et plerūqz nimia
 resolutione lenitatis: ultra q̄ necesse
 est vigorem distractionis emollū
 unt. At contra iracundiciū regimi
 num loca p̄cipiunt: quo impellente
 ira in mētis vesaniam deuoluūtur:
 eo ē subditorum vitam dissipata q̄
 etis tranquillitate p̄fundūt. Quos
 cum furo: agit in p̄ceps ignorant
 quicquid irati faciūt: ignorant q̄c
 qd a semetip̄s irati patiūtur. Nō
 nunq̄ vero q̄ est grauius ire sue sti
 mulum iusticie celum putant: et cū
 viciū virtus creditur sine metu cul
 pa cumulat. Sepe ergo mansueti
 dissolutionis tedio torpescunt. Se
 pe iracundi rectitudinis falluntur
 celo. Illoz itaqz virtuti viciū la
 tenter adiungitur: his autem suoz
 viciū quasi seruēs virtus videtur.
 Admonēdi sunt igitur illi vt fugiāt
 q̄ iuxta ipsos ē: isti q̄ in ipsis ē attē
 dāt. Illi quod nō habēt discernāt:
 isti quod habēt amplectātur. Mans
 ueti p̄ sollicitudine torpore dānēt:
 iracundi p̄ turbationē. Admonēdi
 sunt mansueti vt habere etiam emu
 lationem iusticie studeant. Admo
 nendi sunt iracundi vt emulationi
 quam se habere estimant: mansue
 tudinem iungant. Itcirco spiritus
 sanctus in columba est et igne mon
 stratus: quia videlicet om̄es quos
 implet: et columbe simplicitate mā
 suetos: et igne celi ardētes exhibet.
 Nequa q̄ ergo spiritu sācto plen⁹

Tertia pars pastoralis

ē: q̄ aut i tranquillitate mā̄suetudinis
 feruorē emulatiōis descriit: aut rur
 sum in emulatiōis ardore: virtutē
 mā̄suetudinis amittit. Qd̄ fortal
 se melius ostendimus si in medio
 pauli magisterius proferam⁹. Qui
 duobus discipulis ⁊ non diuisa cari
 tate predictis: diuersa tamen adiu
 toria predicationis impendit. Ti
 motheum nāq; admonens ait. Ar
 gue obsecra increpa in omni paciē
 tia ⁊ doctrina. Titum quoq; admo
 net dicens. Hebe loquere ⁊ exhorta
 re cum omni imperio. Quid est q̄
 doctrinam suam tāta arte disponit
 vt in exhibenda hac alteri imperiū
 atq; alteri paciētiā proponat: nī
 si q̄ mā̄suetudinis spūs titū ⁊ paulo
 feruentioris vidit esse timotheū. Il
 lum per emulatiōis studium in
 flammāt: hunc p̄ lenitatem paciētie
 temperat. Illi q̄ deest iungit: huic
 q̄ superest subtrahit. Illum stimu
 lo impellere nititur: huic freno mo
 deratur. Magnus quippe suscep
 te ecclesie colonus alios palmites
 vt crescere debeant rigat: alios cuz
 plus iusto crescere conspicit resecat
 ne aut non crescendo fructus non
 afferant: aut imoderate crescendo
 quos protulerint amittant. Sz lon
 ge alia est ira que sub emulatiōis
 specie subripit: alia que perturbatū
 eoz: ⁊ sine iustitie pretextu confun
 dit. Ista enim in hoc q̄ debet inoz
 dinare extenditur: hec autem semp
 in hijs que non debet inflammatur.

Sciendum quippe est quia hoc ab
 impatientibus iracundi differunt:
 quia illi ab alijs illata nō tollerant:
 isti autem que tolerentur impoſtāt.
 Naz iracundi sepe et se dedinātes
 insequitur: vix occasione cōmouēt
 labore contentiōis gaudēt. Quos
 tamen melius corrigimus: si in ipsa
 ire sue cōmōtione dedinemus. Per
 turbati quippe quid audiant igno
 rant: sed ad se reducti tanto libēt⁹
 exortationis verba recipiunt: quan
 to se tranquillius toleratos erube
 scunt. Menti autem furore ebriet:
 omne rectum q̄ dicitur: peruersum
 putatur. Unde ⁊ naabal ebrius cul
 pam suam abigail tacuit laudabili
 ter: quaz digesto vino laudabiliter
 dicit. Itcirco enim malum qd̄ fece
 rat cognoscere potuit: q̄a hoc ebri⁹
 non audiuit. Cum vero ita iracun
 di alios impetunt: vt dedinari oīo
 nō possint: non aperta exprobratiōe
 sed sub quadaz sunt cautela reuerē
 tie parcendo ferendi. Qd̄ melius o
 stendimus si abner factum ad me
 dium deducimus. Hunc quippe cū
 asael vi incaute precipitatiōis impe
 teret. Scriptus est. Locutus est ab
 ner ad asabel dicens. Recede noli
 me sequi: ne compellar cōfodere te
 i terra. Qui stempſit audire ⁊ nolu
 it dclinare. Percussit ergo eū abner
 aūsa hasta in inguine: ⁊ trāssodit ⁊
 mortu⁹ est. Qui eim asabel typū te
 nuit: nisi eoz q̄s vebemēter abrip
 ens furoz i preceps ducit: q̄ i eodez

furozis impetu tanto caute declinā
di sunt: quanto 7 insane rapiuntur.
Unde 7 abner qui sermone nostro
patris lucerna dī fugit: qz doctoꝝ
lingua que supernum dei lumen in
dicat: cum per abrupta furoris mē-
tes cuiuspiā ferri conspicit: cūq; cō-
tra irascentem dissimulat verborum
iacula redderet: quasi p sequentem
nō vult ferire. S; cum iracūdi nul-
la consideratione se mitigant: 7 qsi
asabel pseq 7 isanire n̄ cessat: neces-
se ē vrbj q̄ furentes reprimere co-
nantur: nequa q̄ se in furozē erigāt
s; q̄ quid ē tranquillitatis onidant.
Quedam vero subtiliter pferant i
q̄bus ex obliquo furentis animuz
pungant: vnde 7 abner duz contra
persequentē substitit: nō cū recta s;
auersa hasta transforauit. Ex mu-
trone quippe percutere ē: ipetu ap-
te increpatōis obuiare: auersa ve-
ro hasta per sequētem ferire est: fu-
rentē tranq̄lle ex quibusdam tange-
re: 7 quasi p̄cendo supare. Asabel
aut. p̄tin^o occumbit: qz cōmote men-
tes dum 7 perci sibi sentiunt: 7 tñ re-
sponsoꝝ rōne in intimis subtrā-
quillitate rāguntur: ab eo q̄ se erere-
rant statim cadunt. Qui ergo furo-
ris sui ipetu sub lenitatis percussioe
resiliunt quasi sine ferro moriuntur.

Nō aliter admonēdi sunt humi-
les: atq; aliter elati. Capi. xli.

Liter admonēdi sunt humi-
les: atq; aliter elati. Illis in-
timādū ē: quā sit v̄a excellētia quā

tenēt. Illis vero insinuandū ē: quā
sit nulla t̄p̄alis gloria: quā 7 ample-
ctētes nō tenent. Audiant humiles
q̄ sint eterna que appetunt: q̄ vero
sint trāsitoria q̄ cōtēpnūt. Audiāt
elati q̄ sint trāsitoria q̄ ambiunt: q̄
eterna q̄ perdunt. Audiāt humiles
ex magistra voce veritatis: ois qui
se humiliat exaltabitur. Audiāt ela-
ti: ois q̄ se exaltat hūiliabitur. Au-
diant humiles: gloria p̄cedit humi-
litas. Audiāt elati: aī ruina exal-
tatur spūs. Audiāt hūiles: ad quē
respiciā. nisi ad humiles 7 q̄tum 7
tremētē sermōes meos. Audiāt ela-
ti: quid superbis terra 7 cinis. Au-
diāt humiles: de^o humilia respicit.
Audiāt elati: 7 alta a longe cogno-
scit. Audiant humiles: qz fili^o hoīs
nō venit ministrari s; ministrare. Au-
diāt elati: iniriū ois peccati supbia.
Audiant hūiles: qz redemptoꝝ no-
ster humiliavit semetipsū fact^o obe-
diēs vsq; ad mortem. Audiāt elati
quid de eozum capite scriptum est.
Ipse est rex super omnes filios su-
perbie. Occasio igitur nostre per-
ditionis facta est supbia diaboli:
7 argumentum redemptionis no-
stre inuenta est humilitas dei. Iho-
stis enim noster inter omnia condi-
tus videri sup oia voluit elat^o. Re-
demptoꝝ autē noster magnus ma-
nens super omnia inter omnia fie-
ri dignatus est paruus. Dicatur er-
go humilibus q̄a duz se cūtiūt: ad
dei similitudinem ascendunt. Di-

eatur elatis quia dum se erigunt: in
 apostate angeli imitationem cadunt
 Quid itaq; elatione deiectus: que
 dum supra se tenditur: ab altitudi
 ne vltre celsitudinis elogatur? Et
 quid humilitate sublimis: que du
 se in ima deprimit: auro suo manē
 ti super summa coniungitur? Est tri
 aliud q; in eis debeat caute pensari
 quia sepe quidam humilitatis dep
 muntur specie quidaz vero elatōis
 sue ignozantia falluntur. Nā plerū
 q; nonnullis qui sibi vidētur humi
 les: is qui hominibus deferrī non
 debet coniunctus est timor. Plerū
 q; vero elatos comitari solet libe
 re vocis assertio: et cum quedam in
 crepanda sunt vitia: illi reticēt ex ti
 more: et tamen tacere se estimant ex
 humilitate. Istiloquuntur per impa
 tientiam elationis: et tū loqui se cre
 dunt per libertatem rectitudinis. Il
 los vt peruersa non increpent: sub
 specie humilitatis premit culpa for
 midinis. Istos autem ad increpan
 da que non debent: aut magis in
 crepanda q; debent: sub imagine li
 bertatis effrenatio ipellit timoris
 Unde et elati admonendi sunt: ne
 plus q; decet sint liberi. Et humiles
 admonendi sunt ne plusq; expedit
 sint subiecti. Ne aut illi defensionem
 iustitie vertant in execrationem su
 perbie: aut isti cum student plusq;
 necesse hominibus est subiecti: cōpel
 lantur etiam eorum vitia venerari.
 Considerandum vero est q; ple

rumq; elatos vilius corripimus si
 eorum correptionibus quedaz lau
 dum fomenta misceamus. Inferē
 da nāq; illis sunt aut alia bona que
 in ipsis sunt: aut dicendum certe q;
 poterant esse si non sunt. Et tunc de
 mum refecanda sunt mala q; nobis
 displicent: cum prius ad audiendū
 placabilem eorum mentem fecerint
 premissa bona que placent. Nam et
 equos indomitos manu prius blā
 da tāgimus: vt eos nobis postmo
 dum ēt per flagella subigamus. Et
 amaro pigmentorum poculo mel
 lis dulcedo adiungitur: ne ea que
 salutē profutura est: in ipso gustu af
 pera amaritudo sentiantur. Dum
 vero gustus p dulcedinem fallitur
 humor mortiferus per amaritudi
 nem vacuatur. Ipsa ergo in elatis
 inuentionis exordia: permixta sunt
 laude temperanda: vt dum amittūt
 fauores quos diligunt: etiā correp
 tiones recipiant quas oderūt. Ple
 rumq; autem persuadere elatis vti
 lia possumus melius: si profectum
 eorum nobis potius q; illis profu
 turum dicamus: si eorum me liora
 tionem nobis magis q; sibi impen
 di postulemus. Facile eim ad bonū
 elatio flectitur: si ei⁹ inflexio et alijs
 prodesse credatur. Unde moyses q;
 regēte se deo defertiter duce ac rea
 columna pergebat cū iob ab cogna
 tum suum a gentilitatis ritu vellet
 educere: et omnipotentis dei domi
 nio subiugare ait. Profisciamur ad

locum quez dñs daturus est nobis
veni nobiscum vt bifatiamus tibi
quia dominus bona pñisit israli.
Cui cum respōdisset ille: non vadā
tecum: sed reuertar in terrā meam
in q̄ natus sum: illico adiunxit No
li nos derelinquere: tu enim nostri
in q̄bus p̄ desertum castra ponere
debem⁹: et eris ductor noster. Ne
q̄ enim moysi mentē ignorātia an
gustabat itineris: quam ⁊ ad pphe
tie sciam cognitio dimittatis expan
derat: quam colūna exteri⁹ p̄ibat:
quam de cūctis iterius per cōuer
sationem deo sedulam locutio fami
liaris instruebat. Sz. vj. vir prou
idus elato auditori colloquens so
latium petiit vt daret. Ducem requi
rebat i via: vñ dux ei fieri possz ad
vitam. Egit itaqz: vt superbus au
ditor vocat ad meliora suadēti eo ma
gis fieret deuonis quo putaret ne
cessari⁹. Et vñ se exhortationez suū
precedere crederet: ide se sub v̄bis
exhortatōis inclinarēt. Q̄ aliter
admonēdi sunt pertinaces: atqz ali
ter incoḡstātes. *Ca. xliij.*

Liter admonendi sunt incon
stantes: atqz aliter pertina
ces. Illis dicēdum est q̄ plus de se
q̄ sint sentiūt: ⁊ iccirco alienis cōsi
lijs non acquiescūt. Illis vero itimā
dum est: q̄ valde se desp̄tientes ne
gligūt: ⁊ iō leuitate cogitationuz a
suo iudicio per tēporum momenta
flectūt. Illis dicēdum est: qz nisi
meliores se ceteris estimarēt nequa

quā cūctorum cōsilia sue deliberati
oni post ponerēt. Illis dicēdum est
qz si hoc qd̄ sunt vt cūqz attēderēt:
nequaquā eos per tot varietatis la
tera. mutabilitatis aura versarz. Il
lis per paulum dī. Nolite pruden
tes eē apud vosmetipsos. At p̄tra
isti audiūt: nō circūferamur oī ven
to doctrine. De illis per salomonez
dī. Comedent fructus vie sue: suis
qz consilijs saturabūtur. De illis at
ab eo rursum scribitur: cor stultozū
dissimile erit. Cor q̄dem sapiētum
sibi metipsi semp̄ ē simile: qz duz re
ctis persuasiōibus acquiescit: cōstā
ter se in bono opere dirigit. Cor ve
ro stultozum dissimile ē: qz duz mu
tabilitate se variū exhibz: nunq̄
id quod fuerat manet. Et qz q̄dam
vitia sicut ex se metibz gignūt alia
ita ex alijs oriunt. Sciendū sumo
pere ē: qz tunc ea corripēdo melius
tergimur cum ab ipa sue amaritu
dinis fonte siccam⁹. Pertinacia q̄p
pe ex superbia: i cōstātia vero ex le
uitate generat. Admonēdi sūt
igit pertinaces: vt elationez sue cō
gitationis agnoscat: ⁊ semetipsos
vincere studeāt: ne dum rectis alio
rum suasiōibus foris superari des
piciunt: intus a superbia captiuite
neant. Admonēdi sunt solerter vt
aspiciant qz filius hominis cui vna
semper cum p̄ze voluntas est: vt ex
emplum nobis frāgende nostre vo
luntatis preberet dicit. Non que
ro voluntatem meam: sed volunta

rem patris q̄ me misit. Qui vt hui⁹
adhuc virtutis gratiā ꝑmendaret
seruaturum se hoc in extremo iudi-
cio ꝑmisit dicens: Non possum ego
a meipso facere quicquid: sed sicut au-
dio iudico. Quia itaq; conscientia
dedignatur homo volūtati aliene
acquiescere: quādo dei atq; homi-
nis filius cū virtutis sue gloriā: ve-
nit ostendere testatur se nō a semetip-
so iudicare. At ꝑ admonēdi sūt cō-
stantes vt mentē grauitate robozēt
Tunc enim gemmina i se mutabili-
tatis arcfaciunt: cum a corde prius
radices leuitatis absciunt. Quia
z tunc fabrica robusta construitur
cum prius locus solidus in q̄ poni
fundamētum debeat. puidet. Ni-
si ergo ante mentis leuitas caueat
cogitationum icōstantia mīme vi-
ditur. Et q̄b⁹ alienum paul⁹ se fuisse
ꝑhibz eum dicit. Nunquid leuita-
te vsus sum: aut que cogito secū dū
carnem cogito: vt sit apud me est z
non: Et si aperte dicat Hecirco mu-
tabilitatis aura non moueor: quia
leuitatis vitio non subcumbo.

Qualiter admonēdi sūt gule dediti:
atq; aliter abstinentes. Cap. xliij

Liter admonēdi sūt gule de-
diti: atq; aliter abstinentes.
Illos enī supfluitas locutionis: le-
uitas opis: atq; luxuria. Istos ve-
ro sepe ipatientie sepe vero supbie
culpa comitat. Nisi enim gule de-
ditos imoderata loquacitas rapet
diues ille qui epulatus q̄tidie spiē

dide dicit in lingua grauis nō arde-
ret dicens. H̄i abrahā miserere meſ
z mitte lazarum vt intigat extremū
digiti sui in aqua: vt refrige- et lin-
guam meam: qz crutior in hac flā-
ma. Quibus ꝑfecto verbis ostendi-
tur: qz epulando quottidie ebrius i
lingua peccauerat: q̄ tomis ardens
refrigerari se ꝑcipue in lingua re-
quirebat. Rursum q̄ gule deditos
leuitas ꝑtinus operis sequitur: au-
toritas sacra testat dicens. Sedit
populus māducare z bibere: z sur-
rerunt ludere. Quos plerūq; eda-
citas vsq; ad luxuriam pertrahit:
quia dum facietate v̄ter extendit:
aculei libidinis excitāt. vnde z bo-
ſti calido qui ꝑimi hominis sensū:
in ꝑcupiscentia pomi apuit: s; i pec-
cati laqueo strinxit: diuina voce dicit
ꝑdectore z ventre repes. Ac si aper-
te ei diceret. Cogitatione z inglu-
uia sup humana corda dominaris.
Quia gule deditos luxuria sequit
ꝑpheta testat: qui dūz aperta nar-
rat occulta denunciat dicens. Prin-
ceps coquorum destruit muros hie-
rusalē. Princeps coquorum venter
cui magna cura obsequij a coquis i-
pedit: vt ipse delectabiliter cibus i-
pleatur. Auri autē hierusalem vir-
tutes sunt anime: ad desiderium su-
perne pacis elenate. Coquorum igit
ꝑnceps hierusalem muros deicit:
qz dum venter in gluuie tendit: vir-
tutes anime per luxuriam destrui-
tur. Quo contra nisi inentes absti-

mentū plerūq; i patientia a sinu trā
 quilitatis excuteret: nequaq; pe-
 trus cum diceret: minūtrate in fide
 vestra virtutem: in virtute aut scie-
 tiam: in scia autē abstinentiam: pro-
 tinus vigilanter adiungeret dicēs.
 In abstinentia aut patientia? Deesse
 quippe abstinentibus patientia; pre-
 uidit q̄ eis vt adeēt admōuit. Rur-
 sum nisi cogitationes abstinentiū nō
 nūq̄ culpa supbie transigeret: pau-
 lus minime dixiss; Qui nō mandu-
 cat manducantē non iudicet. Qui
 rursus ad alios loquens dūz d̄ ab-
 stinentie virtute glorianantium perce-
 pra perstringeret adiūxit. Que sūt
 rōnem q̄dem hēntia sapie in super-
 stitionem z humilitatem: z non ad
 partēdum corpori: non in honore
 aliquo: s; ad saturitatem corporis.
 Qua in re notādum est: q̄ in dispu-
 tatione sua predicator egregius su-
 perstitioni humilitatis spēm iūxit:
 quia dūz plus q̄z necesse est per ab-
 stinentia; caro atterit: humilitas fo-
 ris ostenditur: sed d̄ hac ipsa humi-
 litate grauitē interius supbiē. Et
 nisi aliquando mēs ex abstinentie
 virtute tumesceret: nequaq̄ hanc
 velut inter magna merita pharise^o
 ille elatus z arrogans studiose nu-
 meraret dicēs. Ieiuno bis in sabba-
 to. Admonēdi sunt ergo gule de-
 diti: ne in eo q̄ escharum: delectatio
 ni incūbūt: mucrone seluxurie trās-
 figant. Quāta sibi per esum loqua-
 citas: quanta mentis leuitas insidi-

etur aspiciant: ne dum venter mollē-
 ter seruiunt: vitiorum laqueis cru-
 deliter astringātur. Tanto eni lon-
 gius a secundo parēte receditur: q̄
 to per imoderatum esum: dum ma-
 nus ad cibum tēditur: parentis pat-
 mi lapsus iteratur. Et cōtra admo-
 nēdi sunt abstinentes: vt sollicitē se
 per aspiciant ne cum gule vitioz su-
 giūt: acriora his vitia ex virtute q̄
 si generentur: ne dum carnem ma-
 cerant: ad ipatientiam spūs erūpāt:
 z nulla tam virtus sit q̄ caro vincit-
 tur: si spūs ab ira superat. Aliquā-
 do autē dum mēs abstinentiaz ab ira
 se deprimit: hanc quasi peregrina
 veniēs leticia corumpit: z eo absti-
 nētie bonū depit: quo se a spūali-
 bus vitijs minime custodit: vnde re-
 cte per pphetam d̄. In die b^o ieiunio-
 rum vestrorum iuenit voluntas
 vestra. Et paulo post: ad iudicia z
 ritas ieiunatis z percutinis pugnis
 volūtas q̄ppe ad leticiam pertinēt:
 pugnis ad iram. Incassum enim p
 abstinentiam corpus atterit: si inoz-
 dinatis dimissa motibus mens vi-
 tijs dissipatur. Rursusq; admo-
 nendi sunt vt abstinentiam suam: z
 semper sine inuagatione custodiāt:
 z nunquam hanc apud districtum
 iudicem ex mie virtutis credant:
 ne fortasse dum magni meriti esse
 creditur: cor in elatione subleuetur.
 Hinc nanq; per prophetam dicit.
 Nunquid tale est ieiunium quod
 elegi? Sed frange esuriēti panem

Tertia pars pastoralis

tuum: et egenos vagosque induc in domum tuam. Quia in re pensanda est virtus abstinentie quam parua respicit: que non nisi ex alijs virtutibus commendatur. Hinc iobael ait. Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est: adiunctis bonis alijs dignam deo abstinentiam carnis ostendere. Admonendi sunt abstinetes vt nouerint: quod tunc placentem deo abstinentiam offerunt: cum ea que sibi de alimentis subtrahunt: indigentibus largiuntur. Solerter namque audiendum est: quod per prophetam dominus redarguit dicens. Cum ieiunaretis et plangeretis in quinto et septimo mense: et per hos septuaginta annos: numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comeditis et bibitis: numquid non vobis comeditis et vobis metipsis bibitis? Non enim deo sed sibi metipsis quisque ieiunat: si ea que ventri ad tempus subtrahit: non inopibus tribuit: sed veter postmodum offerenda custodit. Ita que ne aut illos appetitus gula a stomachi mentis deiciat: aut istos afflictio caro ex elatione supplantet: audiatur illi ex ore veritatis. Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula et ebrietate: et curis huius mundi: vbi vultis pauor adiungit: et superueniat vobis repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sunt super facies terre. Audiant isti: non quid intrat in os coinquinat hoies: sed quod pro-

cedit ex ore: hoc coinquinat hoient. Audiant isti: esca ventri: et venter escis: deus autem et hunc et has destruet. Et rursum non in comestationibus et ebrietatibus. Et rursum esca nos non comendat deo. Audiat isti quod omnia munda mundis coinquatis autem et infidelibus nihil est mundum. Audiant isti: quorum deus venter est: et gloria in confusione ipsorum. Audiant isti: discedent quidem a fide: et paulo post: prohibentium nubere et abstinere a cibis: quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione: fidelibus: et hijs qui cognouerunt veritatem. Audiant isti: bonum est non manducare carnes: neque bibere vinum neque in quo frater tuus scandalizetur. Audiant isti: modico vino viere propter stomachum: et frequentes tuas infirmitates. Quatinus et illi discant cibos carnis immoderate non appetere: et illi creaturam dicit quam non appetunt non audeant condennare. Quod aliter admonendi sunt quam iam sua misericorditer tribuunt: atque aliter ad hec aliena rapere contendunt.

Capitulum. xliij.

Liter admonendi sunt quam iam sua misericorditer tribuunt atque aliter quam ad hec aliena rapere contendunt. Admonendi namque sunt qui iam sua misericorditer tribuunt: ne cogitatio tumida super eos se quibus terrena largiuntur extollant ne iccirco meliores se esumant: quod contineri per se ceteros vident. Nam terrene

ne domus dominus famulorum; ordines misteriaque dispiciens: hos ut regat: illos vero statuit: ut ab alijs regatur. Istos iubeat ut necessaria ceteris prebeant. Illos ut accepta ab alijs sumat: et tamen plerumque offendunt qui regunt et in pristinis gratia permanent qui reguntur. Fratrem mentur qui dissipatores sunt: sine offensione perdurant qui ex aliena dispensatione subsistunt. Admonendi sunt igitur qui iam que possident misericorditer tribuunt: ut a celesti domino dispensatores se positos subsidiorum temporalium agnoscat: et tanto humiliter prebeant quanto et aliena esse intelligunt que dispensant. Cumque in illorum misterio quibus accepta largiuntur: constitutos se esse considerant: nequaquam eos timore mentis subleuet: sed timore premat: unde necesse est ut sollicite perpendant: ne commissa indigne distribuatur: ne quidam quibus nulla: ne nulla quibus quedam: ne quibus pauca multa: ne pauca prebeant quibus multa impendere debuerant. Ne precipitatione hoc quod tribuunt inutiliter spargant: ne tarditate petentes noxie crucient: ne recipiende hic gratie: subrepat intentio: ne datois lumen: laudis transitorie appetitio extinguat: ne oblatum munus coniuncta tristitia obsideat: ne in bene oblato munere: animus plusquam decet hilarescat: ne sibi quicquam cum totum recte impleuerint attribuant: et simul omnia postquam per-

egerint perdant: ne cum sibi virtutis sue libertatis deputet: audiatur quod scriptum est. Si quis administrat tanquam ex virtute quam administrat deus. Ne in beneficiis imoderatius gaudeant audiatur quod scriptum est. Cum benefeceritis omnia que precepta sunt vobis: dicit: serui inuiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Ne largitatem tristitia corrumpat: audiatur quod scriptum est. Hilarem enim datorum diligit deus. Ne ex ipso munere transitoriam laudem queratur: audiatur quod scriptum est. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. id est pie dispensationi nequaquam se gloria vite presertis admisceat: sed opus reuerentis appetitionem ignoret laudis. Ne impense gratie vicissitudinem requirat: audiatur quod scriptum est. Cum facis prandium aut cenam: non li vocare amicos tuos: neque fratres: neque cognatos tuos: neque vicinos tuos diuites: ne forte ipsi te reuoluerit: et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium voca pauperes: debiles claudos cecos: et beatus eris: quia non habet unde retribuatur tibi. Neque prebenda sunt citius: sero prebeatur: audiatur quod scriptum est. Ne dicas amico tuo: vade et reuertere. et cras dabo tibi: cum statim possis dare. Ne sub obtentu largitatis ea que possidet inutiliter spergant: audiatur quod scriptum est. Sudet elimo sine in manu tua. Ne cum multa necesse sint pauca largiatur: audiatur

Tertia pars pastoralis

quod scriptum est. Qui parce seminat
parce et metet. Ne cum pauca oportet
plurima prebeant: et ipsi postmodum
nimiam inopiam tollerantes ad ipa-
ritentiam erumpant: audiant quod scri-
ptum est. Non ut alijs sit remissio
vobis autem tribulatio. Sed ex qua-
litate vestra abundantia: illozum
inopia suppleat: ut et illozum abun-
dantia vestre inopie sit supplementum
Cum enim dantis mens ferre inopia
nescit: si multa sibi subtrahit: occasio
ne se se impatientie exquirat. Prius namque
preparatus est animus patientie: et
tunc aut multa aut cuncta sunt largi-
enda: ne dum minus equanimiter
inopia irruens fertur: et simile lar-
gitalis merces pereat: et adhuc me-
tem deterius murmuratio subsequens
perdat. Ne omnino nihil eis prebeat
quibus preferre debent aliquid pariter:
audiant quod scriptum est. Omni pe-
tenti te tribue. Ne saltem aliquid pre-
beant quibus omnino confere nihil
debent: audiant quod scriptum est. Da
bono et non receperis peccatorem.
Bene factum tibi: et non impio de-
deris. Et rursum: Panem et vinum
tuum super sepulchram iusti prestituere
et noli ex eo manducare et bibere cum
peccatoribus. Panem igitur et vinum
suum peccatoribus prebet: qui iniquo
pro eo qui iniqui sunt: subsidium impen-
dit. Unde et nonnulli huius mundi
divites: cum fame crucientur christi pa-
upe res: effusus largitalibus nutri-

unt ministriones. Qui vero id legit et
peccatori panem suum: non quod peccator:
sed quod homo est tribuit: nimirum non pec-
catorem: sed iustum nutrit pauperem:
quod in illo non culpam: sed naturam di-
ligit. Admonendi sunt et qui iam sua
misericorditer largiunt: ut solliciti
studeant custodire: ne cum commissa
peccata elemosynis redimunt: adhuc
redimenda committant: ne venales in-
sticiam dei existiment: si cum curerent
pro peccatis nimios tribuere: arbitretur
se posse inulte peccare. Plus est
namque anima quam escam et corpus plus quam
vestimentum. Qui ergo escam vel ve-
stimentum pauperibus largitur: sed
anime vel corporis iniquitate polluitur:
quod minus est iusticie obtulit: et
quod maius est culpe: sua enim deo de-
dit et se diabolo. At contra admo-
nendi sunt: qui et adhuc aliena rapere
intendunt: ut solliciti audiant
quid veniens in iudicium dominus
dicat. Ait namque. Esurivi et non dedi-
stis mihi manducare. Sitiivi et non
dedistis mihi potum. Hospes eram:
et non collegistis me. Crudus et non
cooperuistis me. Quibus et permittit
dicens. Discedite a me maledicti
in ignem eternum: qui parati estis
diabolo et angelis eius. Ecce nequa
quam audiunt quia rapinas vel que
libet alia violenta commiserunt: et ta-
men eternis gehene ignibus mancipantur:
hinc ergo colligendum est quanta
damnatione peccandi sunt: qui

aliena rapiunt: si tanta aduersio eorum
 pium et feruntur: quod sua indiscrete
 tenuerunt. Perpedant quo eos ob
 liget reat res rapta: si tali subicit
 pene non tradita. Perpedant quid
 meretur iniusticia illata: si tanta p
 cussione digna est pietas non imp
 a. Cum aliena rapere intendunt au
 diant quod scriptum est: ve ei quod mul
 tiplicat non sua: vsquequo aggrauat
 contra se densum lutus. Auaro quod
 pe contra se desus lutus aggrauare:
 est terrena: lucra cum pondere pecca
 ti cumulare. Cum multiplicare lar
 gespatia habitationis cupiunt: audi
 ant quod scriptum est: ve qui coniu
 gitis domum ad domum: et agrum a
 gro cumulatis: vsque ad terminum lo
 ci. Numquid habitabitis soli vos in
 medio terre? Ac si aperte diceret.
 Quousque vos extenditis: qui non
 habere in communi mundo consores
 minime potestis: Coniunctos qui
 dempremitis: sed contra quos vos
 valeatis extendere semper inueni
 tis. Cum augendis pecunijs auari
 inhiant: audiant quod scriptum est.
 Auarus non implebitur pecunia:
 et qui amat diuitias fructus non capi
 et eis. Fructus ex illis caperet si
 eas bene spergere non amando vo
 luisset. Quia vero eas diligendo re
 tinet: hic utique sine fructu derelin
 quet. Cum repleti cunctis simul opt
 bus inardescunt: audiant quod scri
 ptum est. Qui festinat ditari non erit

innocens. Profecto enim qui auge
 re opes ambit: vitare peccatum ne
 gligit: et more auilum captus: cum
 escam terrenarum rerum audius con
 spicit: quo strigatur peccati laqueo
 non agnoscit. Cum quibus precibus mis
 dilucra considerant: et que de futuro
 damna patiuntur ignorant: audiant
 quod scriptum est: hereditas ad quam
 festinatur in principio: in nouissimo be
 nedictione carebit. Et hac quippe
 vita initium ducimus ut ad benedi
 ctionis sortem in nouissimo uentiam.
 Qui itaque in principio hereditari fe
 stinat: sortem sibi benedictionis in
 uissimo amputant: quod dum per aua
 ritie nequitiam hic multiplicari ap
 petunt: illic ab eterno matrimonio
 exheredes fiunt. Cum vel plura am
 bunt vel obtinere cuncta que ambi
 erunt possunt audiant quod scriptum
 est. Quid prodest homini si mun
 dum uniuersum lucretur anime ve
 ro sue detrimentum patiatur? Ac
 si aperte dicat. Quid prodest homi
 ni si totum quod extra se est congre
 gat: si hoc solum quod ipse est perdat.
 Plerumque autem citius raptorum aua
 ritia corrigitur: si in verbis admo
 nentis: quod fugitiua sit presens vi
 ta monstretur: si eorum ad medi
 um memoria deducatur: qui et vi
 tari in hoc mundo: diu conati
 sunt: et tamen in adeptis diuitiis
 diu manere nequieverunt. Qui
 bus festina mors repente et simul

abstulit: quicquid eorum nequicia: nec si
mul: nec repete congregauit: quod hic
rapta reliquerunt: sed secum ad iudi-
cium cas detulerunt. Horum itaque
exempla audiant: quos in verbis su-
is. pauldubio: et ipsi condemnant: ut
cum post verba ad cor redeunt imi-
tari saltem quos iudicant erubescant.

Quod aliter admonendi sunt quod nec
aliena appetunt nec sua largiuntur:
atque aliter quod ea que habent tribuunt
et in aliena rapere non desistunt.

Liter admonendi *Ca. xlv.*
sunt quod nec aliena rapere ap-
petunt: nec sua largiuntur atque ali-
ter quod ea que habent tribuunt: et tamen
aliena rapere non desistunt. Admo-
nendi namque sunt qui nec aliena appe-
runt nec sua largiuntur: ut sollicite sci-
ant: ut ea de qua sumpti sunt: cum-
citis hominibus terra communis est: et in
circo alimentum quoque omnibus con-
ter. profert. In cassum se ergo inocen-
tes putant qui commune dei munus
sibi priuatum vendicant: qui cum ac-
cepta non tribuunt in primorum nece-
trassant quod tot pene quotidie peri-
munt: quot morientium pauperum
apud se subsidia abscondunt. Nam
cum quolibet necessaria indigentibus
largimur: sua illis reddimus: non
nostra misstramus: iusticie potius de-
bitum soluimus: quam misericordie ope-
ra ipsemus: unde et ipsa veritas cum
de misericordia caute exhibenda lo-
quitur: ait. Attendite ne iusticiam ve-
stram faciatis coram hominibus. Cui

inie et psalmista concinens ait. Disp-
sit dedit pauperibus: iusticia eius
manet in seculum seculi. Cum. n. lar-
gitatem ipensam pauperibus pum-
fissis: non hanc vocare misericordiam:
sed iusticiam maluit: quia quod a com-
muni domino tribuit: iustum. pfe-
cto est: ut quicunque accipiunt eo comu-
niter viuunt: et vtant. Ibi et salomō
ait. Qui iustus est tribuit et non cessa-
bit. Admonendi sunt quoque ut solli-
cite attendant: quod ficulnea que fructum
non habuit: contra hanc districtus agri-
cola queritur: dicens quod et terram oc-
cupauit. Terram quippe ficulnea
sine fructu occupat: quando mens te-
natus: hoc quod pdesse multis po-
terat inutiliter seruat. Terras ficul-
nea sine fructu occupat: quando so-
cum quem ex arare alius per solem
boni operis valuit: stultus per desi-
die umbram premit. Hi autem de-
cere non nuntiam solent. Lōcessis vtinur
aliena non querim. Et si digna mi-
sericordie retributione non agimus
nec tamen puerfa perpetrare. Quod
siccirco sentiunt: quod videlicet aurem cor-
dis a verbis celestibus claudunt. Ne-
que enim diues in euangelio qui idue-
bat purpura et bysso: qui epulaba-
tur quotidie splendide: aliena rapu-
isse: sed infructuose propriis vsus su-
isse perhibetur. Cumque post hanc vi-
tam vitrix gelena suscepit: non quod
licitus aliquid gessit: sed quia imode-
rato vsu totum se illicitis tradidit.

Admonendi sunt tenaces ut no-

uerint q̄ hāc primam iniuriarū deo
faciūt: q̄ dātī sibi omnia: nullā mi-
sericordie hostiam reddūt. Hic eis
psalmista ait. Nō dabit deo ppitia-
tiones suā: nec precium redemptionis
aie sue. Precium quippe redem-
ptionis dare est: opus bonum preue-
nienti nos gr̄e reddere. Hic iohan-
nes exclamat dicens. Fas securis ad
radicem arboris posita est. Omnis
arbor que nō facit fructum bonum
excidetur z ī ignem mittet. Qui er-
go se innoxios quia aliēna nō rapi-
unt estimā: ritum securis vicine p̄-
uideāt: z torporem ip̄rouide securi-
tatis amittāt. ne cum ferre fructū
boni operis negligūt: a p̄nti vita sū-
ditus quasi a viriditate radice ex-
siccet. Et cōtra admonēdi sūt q̄ z
ea que habet tribuūt: z tamē aliēna
rapere nō desistūt: ne valde munifi-
ci videri appetāt: z de boni specie d̄-
teriores fiant. Hic eim sua idiserete
tribuētes: nō solum vt supra iaz di-
xim⁹ ad ip̄atiētie proumpunt mur-
muratōem: sed cogēte se inopia v-
q̄ ad auariciā deuoluūt. Quid
vero eorum mēte ifelicis: quib⁹ de
largitate auaritia nascit: z p̄cōz se-
ges: quasi ex virtute semiat. Pri-
us itaq̄ admonēdi sunt vt tenere
sua rōnabiliter sciāt: z tunc demum
vt aliēna nō ambiant. Si enim ra-
dicē culpe ī ipsa effusione nō excutit
nūq̄ per ramos eruberās auariti-
e spina siccatur. Occasio ergo ra-
piēdi subtrahitur: si bene prius ius

possidendi disponatur. Tunc ve-
ro admōiti audiāt: quomodo ea q̄
habēt misericorditer tribuāt: quan-
do nimirum didicerit: vt bona mi-
sericordie per iteriectam rapine ne-
quitiāz nō cōfundāt: violēter ei ex-
cūt q̄ miter largiūt. Sed aliud ē
pro p̄cis misericordiam facere. aliō
pro misericordia faciēda peccare: q̄
iam nec misericordia nūcupari po-
test: quia ad dulcem fructum nō p̄-
ficiūt: que per vīrus pestifere radice
amarescat. Hic est enim q̄ ipsa sacri-
ficia per pp̄betam d̄nis reprobat d̄-
cēs. Ego dominus diligens iudici-
um z odio habēs rapinam ī holo-
caustum. Hic iterum dicit. Hostie ī-
piozam abominabiles: quia ex sce-
lere offerūt. Qui sepe quoq̄ idē-
gentibus subtrahūt: que deo largi-
untur. Sed quāta eos ai aduersio-
ne renuat: per quēdam sapiētez do-
minus d̄mōstrat dicens. Qui offert
sacrificium ex sba paup̄is: quasi q̄
victimat filium ī cōspectu p̄cis sui.
Quid nāq̄ itollerabilius eē pōt: q̄
in ore filij aī oculos p̄cis: hoc ita
q̄ sacrificium quāta ira aspiciatur
ostēditur: qd̄ orbatī p̄cis dolori cō-
paratur. Tamē plerūq̄ quāta tri-
buūt pensāt: quāta aut rapiūt con-
siderare dissimulant: quasi merce-
dem numerant: z perpendere cul-
pas recusant. Audiant itaq̄ quod
scriptum est. Qui mercedem cōgre-
gavit: misit eos in saculum perulsi.
In saculo quippe perulso: videtur

Tertia pars pastoralis

quando pecunia mittitur: sed quādo emittitur non videtur. Qui ergo quāta largiuntur aspiciunt: sed quanta rapiunt non perpedūt: in p. tulo saculo mercedes mittunt. Et profecto has in spem sine fiducia in tuentes congerunt: sed non inuen- tes perdunt. **Q**ualiter admonēdi sunt discordes: aliter vero pacati.

Capitulum .xvi.

Liter admonēdi sunt discor- des: aliter vero pacati. Dis- cordes nāq; admonēdi sunt vt cer- tissime sciant: q; quātibz virtuti- bus polleā: spirituales nullaten^o sic- ri possunt: si per concordiam pri- mis vniri negligunt. Scriptuz q; pe est. Fructus autē sps est caritas: gaudium: pax. Qui vero pacē ser- uare non curat ferre fructum spūs recusat. Hinc paulus ait. Cum sit i- ter vōs cēlus: et contentio nōne car- nales estis? Hinc iterum dicit. Pa- cem seqmīni cū omnibus: et sancti- moniam: sine qua nemo videbit de- um. Hic rursus admonēs ait. Sol- liciti seruire vnitatem spūs in vici- lo pacis. vnum corpus et vn^o spūs: sicut vocati estis in vna spe vocatio- nis vestre. Ad vnam igit spem vo- cationis nequaquā pertingitur: si non ad eam cum proximis mentis vnitatem curratur. At sepe nonnul- li cum quedam spūaliter dona per- cipiant: superbiendo donum cōco- die quod magis est amittunt: vt si

fortasse carnem preceteris q; edo- mat: concordare eis quos supat ab- stinendo contēpnat. Sed qui absti- nentiam a concordia separat: quid admonēat psalmista ppendat. Aut enim. Laudate eum in tympano et choro. In tympano nāq; sic a et p- cussa pellis resonat. In choro autē voces societate concordant. Quis- quis itaq; corpus affligit sed con- cordiam deserit: deum quidem lan- dat in tympano: sed non laudat in choro. Sepe vero dum maior sciē- tia quosdam erigit: a ceterorum so- cietate disiūgit. Et quasi quo pl^o sa- piunt: eo a concordie virtute desipi- unt. Ibi itaq; audiant quid per se- metipsam veritas dicat. Habete sal- tem vobis: et pacem habete inter vos. Sal quippe sine pace: nō virtutis est donum: sed dānationis angū- tum. Quo emz quisq; melius sapit eo deterius delinquit. Et licet in- excusabiliter merebitur supplitiū q; prudenter potuit si voluisset vitare peccatum. Quib^o recte per iacobuz dicit. **Q**ui si celum amarum habetis et contēdēs sunt in cordibus vestris nolite gloriari: et mendaces esse ad- nersus veritatem. Non est ista sa- pientia desursum descendens: sed terrēa animalis diabolica. Que at desursum est sapia: primum qdem pudica est: vnde pacifica. Pudica videlicet: quia iudicat et intelligit ca- ste. Pacifica autem: quia per elatio-

penem seminime a societate proximo
rum disiungit. Admonendi sūt di
sidentes q̄ tandā nullum sacrifi
cium deo bono operis imolant: quā
diu a proximorum caritate discor
dant. Scriptum nāq̄ ē. Si offers
munus tuum ad altare: et ibi recoz
datus fueris q̄ frater tu⁹ h̄z aliqd
aduersus te: relinque ibi munus tu
um an altare: et vade prius reconci
liari fratri tuo: et tunc venies offe
res munus tuum. Ex qua precepti
one pensandum est: quozum bo
stia repellitur: q̄ intollerabilis cul
pa monstratur. Nam cum mala cū
cta bonis sequentibus diluantur:
p̄semus quanta sint mala discor
die: que nisi extincta fuerint fundi
tus: bonū subsequi non permittūt.

Admonendi sunt discordes vt
si aures a mandatis celestibus ōdi
nant: mētis oculos ad consideran
da ea q̄ i istis ōsant aperiat. Qu
aues sepe vnus generis sese volā
do socialiter nō deserunt: q̄ congre
gatim animalia bruta pascunt: q̄
si solerter aspiciamus: concordādo
sibi irrōnalis creatura indicat quā
tum malum per discordias rōnalis
creatura cōmittat: quando hoc cū
ratiōis intēione pdidit: qd̄ illa na
turali motu custodit. At contra ad
monēdi sunt pacati: ne dum plusq̄
necesse est: pacem quam possident
amant: ad perpetuas peruenire nō
appetāt. Plerūq̄ enim graui⁹ mē

tis intentionē rerum tranquillitas
tēptat: vt quo non sunt molesta q̄ te
nent: eo minus amabilia fiant q̄ vo
cant: et quo delectat̄ p̄ntia: eo nō in
quirātur eterna: vñ p̄ semetipsā ve
ritas loq̄ns: cū terrenā pacē a sup
na distingeret: atq̄ ad v̄turam di
scipulos ex p̄ntia puocaret ait. Pa
cem relinquo vobis: pacem meam
do vobis. Relinquo s̄. transitoriā
domansuram. Si ergo in ea q̄ re
licta ē cor figitur: nūq̄ ad illam que
v̄da est p̄uenitur. Pax igit̄ pre
sens ita tenēda ē: vt et diligi debeat
et contēpni: ne s̄imoderate diligit̄
diligentis animus in culpa teneat
vnde et admonēdi sūt pacati: ne dū
nimis humanam pacē desiderant:
p̄rauos hominum mores nequaq̄
redarguant: et consentiendo per
uersis: ab auctoris sui pace disjūn
gant. Ne dū humana foris iurgia
metūt: interni federis discissioe se
riantur. Quid est enim pat̄. transi
toria: nisi quoddam vestigium pa
cis eterne? Quid ergo esse demen
tius potest: quam vestigia in pul
nere impressa diligeret: sed ipsum a
quo impressa sunt non amare. Hic
dauid cum totum se ad federa pa
cis interne constringeret: testat̄ q̄
cum malis concordias non teneret
dicens. Nōne quite oderant deus
oderam illos: et super inimicos tu
os tabescebam. Perfecto odio ode
ram illos: inimici facti sunt mihi.

Tertia pars pastoralis.

Inimicos etenim dei perfecto odio
 odisse est: et quod facti sunt diligere: et
 quod faciunt increpare: mores pra-
 uorum iterumere: vite prodesse. De
 sadum est igitur: quando ab increpa-
 tione quiescitur: quanta culpa cum per-
 sumis par tenetur: si propheta tantus
 hoc velut in hostiam deo obtulit: quod
 contra se prauorum pro domino inimi-
 citias excitauit. Hic est quod leui tribus
 assumptis gladijs per castrorum tra-
 siens media: quod feriendis peccatoribus non
 luit parcere: deo manum deca est conse-
 crasse. Hic finces peccantium cuius
 gratiam spernes: coeutes cum madais
 amicus perculit: et iram domini ira-
 tus placauit. Hinc per semetipsam
 veritas dicit. Nolite arbitrari quia
 venerim pacem mittere in terras: non
 veni pacem mittere sed gladium.
 Malorum namque cum incaute amici-
 tijs iungimur: culpis ligamen: unde
 iosaphat qui tot de afflictis vita pre-
 conijs attollit: de achab regis ami-
 citijs pene periturus increpatur: cui
 a domino per prophetam dicit. Impio
 prebes auxilium: et his qui oderunt
 dominum amicitia iunges. Et sic
 circo fram quidem domini merebaris:
 sed bona opera iuenta sunt in te: eo quod
 abstuleris lucos de terra iuda. Ab
 illo eim qui sume rectus est: eo ipso
 iam discrepat: quo peruersorum ami-
 citijs vita nostra concordat. Ad-
 monendi sunt peccati: ne si ad corre-
 ptionis verba persistat: temporalem
 pacem sibi perturbare formident.

Rursusque admonendi sunt ut ean-
 dem pacem dilectione integra tene-
 ant intrinsecus: quia per inuersiones
 vocis extrinsecus sibi turbant. Quod
 utrumque dauid prouide se perhibet ser-
 uare cum dicit. Cum his qui ode-
 runt pacem eram pacificus: cum lo-
 quebar illis impugnabant me gra-
 tis. Ecce et loquens impugnabatur:
 et tamen impugnatus erat pacificus
 quia nec insaniens cessabat repre-
 hendere: nec reprehensos negligebat
 amare. Hic est paulus ait. Si si-
 eri poterit: quod ex vobis est: cum omnibus
 hominibus pacem habentes. Hoz
 taturus discipulos ut pacem cum ho-
 minibus haberet premisit dicens si sic-
 ri poterit: atque subiunxit: quod ex vobis
 est. Difficile quippe erat: ut si male
 acta corripere: habere pacem cum
 hominibus posset. Sed cum temporalis
 pacem prauorum cordibus ex nostra increpatione
 perfunditur: iniolata necesse est ut in
 corde seruetur. Recte itaque ait quod
 ex vobis est. Ac si nimis dicat. Quod
 pacem ex duapartem sensu subsistit: si
 ab eis qui corripuntur expellitur: ut
 gratiam in via qui corripitis mente tene-
 atur: unde idem rector rursus admonet di-
 scipulos dicens. Si quis non obedit ver-
 bo nostro per epistolam hunc notate: et non
 commiscamini cum illo ut perfundatur: at-
 que illico subiunxit. Et nolite ut inimi-
 cum estimare illum: sed corripite ut
 fratrem. Ac si diceret. Pacem cum
 eo exteriori soluite: sed interiori
 rem circa illum medullitus custo-

dite: vt peccantis mentem sic vestra
discordia feriat quatenus ⁊ par au
reis cordibus nec abnegata disce
dat. **Q**ualiter admonedi sunt se
minantes iurgia: atq; aliter pacifi
ci.

Capitulum. xlvij.

Liter admonendi sunt semi
nantes iurgia: atq; aliter pa
cifici. Admonendi namq; sunt q iur
gia seminant: vt cuius sequaces sint
agnoscant. De apostata quippe an
gelo scriptum est. Cum bone messi
giana fuisset inserta: inimicus ho
mo hoc fecit. De cuius et membro
per salomonem dicit. Homo apostata
vir inutilis: gradit ore peruerso
annuit oculis: terit pede: digito lo
quitur: prauo corde machinat ma
lum: ⁊ in omni tempore iurgia semi
nat. Ecce q seminantes iurgia dice
re voluit: prius apostatam nomina
uit: quia nisi more superbiens ange
liis conspectu conditoris prius int
querfione mentis caderet: foras p
modum vsq; ad seminanda scanda
la non veniret. Qui recte scribit: q
annuit oculis: digito loquitur terit
pede. Interior namq; est custodia: q
ordinata seruat exterius membra.
Qui ergo statum mentis perdidit
subsequenter foras incostantia mo
tionis fluit: atq; exteriori mobilita
te indicat: q nulla interius radice
subsistat. Studiant iurgiorum semi
natores quod scriptum est. Beati
pacifici quoniam filij dei vocabun
tur. Atq; e diuerso colligant: quia

si dei vocantur filij: qui pacem facti
unt: proculdubio filij sathane sint q
confundunt. Omnes autem q se per
discordiam separant: a iudicium di
lectionis arefunt: qui ⁊ si boni ope
ris fructus in suis actionibus pro
ferunt: profecto nulli sunt: qz no ee
vnitate caritatis oriunt. Hinc ergo
attendat seminantes iurgia: quam
multipliciter peccant: qui dum vnā
neq; tam perpetrant ab humanis
cordibus cunctas simul virtutes era
dicant. In vno enim malo vniversa
peragunt: qz seminando discordia
caritatem que nimirum virtutis or
um est mē extinguunt. Quia autem
nihil est pretiosius deo virtute dile
ctionis: nihil desiderabilius ē dia
bolo extinctione caritatis. Quisq;
ergo seminando iurgia proximoz
dilectionem perimit: dei hosti fami
liarius seruit: quia quā ille amissa
cecidit: hanc iste vulneratis cordi
bus subtrahens: eis iter ascensiois
abscindit. At contra admonedi
sunt pacifici: ne tante actionis pon
dus lenigent: si inter quos fundare
pacem debeant ignorant. Nam si
cui malum nocet si vnitas desit bo
nis ita valde est nocū si nō distina
lis. Si ergo peruersorum nequitia
in pace iungit: profecto eorum ma
lis actibus robur augetur: qz quo
sibi i malitia congruit: eo se robu
stius bonorum afflictionibus illu
dunt. Hinc namq; est q contra dam
nati illius vasis. v3. antepi predicat

Tertia pars pastoralis

tores diuina voce beato iob dicit. Membra carnum ei⁹ coherent ū sibi. hic sub squamarum spē d'eius satellitib⁹ perhibet: vna vni coniu git: nec spiraculum incedit q̄dez p̄tas. Sequaces quippe illius quo nulla inter se discordie aduersitate diuisi sunt eo i bonorum nece graui us glomerant. Qui ergo iniquos pace sociat iniquitatis vires admini strat: qz bonos eo d'eterius depmūt quo z vnanimiter persequūtur: vn de predicator egregius graui phariseorum seduceorūqz persecutione deprebensus: inter semetipfos diuidere studuit: quos cōtra se vnitos grauitur vidit: cū clamauit dicens: viri frēs: ego phariseus sum filius phariseorum: de spe z resurrectione mortuorum ego iudico. Dūqz s'adu cci spem resurrectionemqz mortuorum eē denegarent: quam pharisei iuxta sacri eloqui p̄cepta crederēt: facta in persecutorum vnanimitate dissensio est: z diuisa turba illesus paulus exiit: q̄ hunc pri⁹ vnita imā niter p̄ssit. Admonēdi sunt itaqz qui faciente pacis studijs occupā tur: vt prauorum mentib⁹ prius de beant amorē interne pacis infunde re: quatin⁹ eis postmodum valeat exterior pax prodesse: vt dum mēs eorum nullius cogitatione suspēdi aur: nequaquā ad nequitiam ex hu ius perceptiōe rapiant. Dumqz su pernam puidēt: terrenā nullomo do ad ysum sue deteriorationis in

clinēt. Cum vero peruersi quiqz ta les sunt vt nocere bonis nequeant: ēt si concupiscant: inter bos nimirz debz terrena construi pax: z priuū q̄ ab eis valeat superna cognosci: vt hi. s. quos contra dilectionē dei malicia sue impietatis exasperat: saltem ex priui amore mansuescāt: z quasi euicino ad meli⁹ transeant: vt ad illam que a se longe ē pacē condi toris ascendant. Qz aliter ad monēdi sunt qui sacre legis verba nō recte intelligunt. Atqz aliter q̄ recte q̄dez intelligunt: s; humiliter nō loquunt. *Lapi. xlvij.*

Liter admonēdi sunt qui sa cre legis verba nō recte intel ligunt. Atqz aliter qui recte intelli gunt: sed humiliter nō loquuntur. Admonēdi enī sūt qui sacre legis verba recte nō intelligūt: vt perper dant qz saluberrimuz vini potuz in veneni poculū vertunt: ac per medi cinale ferrum vulnere mortali se feriūt: dū per hoc in se sana perimūt per quod salubriter abscidere sauci ata debuerunt. Admonēdi sunt vt perpēdant qd scriptura sacra in no cte vite p̄stitis: quasi quedā lucerna nobis posita est: cuius nimirz ver ba dum non recte intelligunt: de ly mine tenebescunt. Quos. v3. ad in tellectū prauū intētio peruersa non rapet: nisi prius superbia inflaret. Dum enim se pze ceteris sapientes arbitrantur: sequi alios ad meli us intellecta d̄spiciūt: atqz vt apud

imperitum vulgus scie sibi nomen
 extorqueant studet sum opere 7 ab
 alijs recte intellecta: destrinere 7 sua
 peruersa roborare: vnde bñ per p
 phetam dñ. Secuerunt pregnantes
 galaad: ad dilatandum terminum
 suum. Galaad nãq; aceruus testimo
 nij dñ. Et quia cuncta simul congre
 gatio ecclesie per confessionem ser
 uuit testimonio veritatis nõ icõgrue
 per galaad et celsa exprimit: que ore
 cunctozum fidelium de deo queq; sũt
 vera testat. Pregnantes autem vo
 cant anime que itellcũ verbi ex di
 uino amore concipiunt: si ad perfectũ
 tẽpus veniant: conceptam intelligẽ
 tiam operis ostensione pariture.
 Terminum vero suum dilatare est
 opinionis sue nomẽ extendere. Se
 cuerunt ergo pregnantes galaad:
 ad dilatandum terminum suum: q̃a
 nimirum heretici mentes fidelium
 que iam aliqd de veritatis itellcũ
 conceperant: peruersa predicatiõẽ
 perimunt: 7 scie sibi nomen extende
 runt: paruulorum iam corda d̃ ver
 bi conceptione gravida erroris gla
 dio scindunt: 7 quasi doctrine sibi opi
 nionem faciunt. Hos ergo cum co
 namur istruere ne peruersa sentiãt:
 admonemus prius ne inanem glori
 am querant. Si enim radix elatio
 nis abscidit: consequenter rami pra
 ue assertionis arefiunt. Admonedi
 sũt et ne errores discordiasq; gene
 rando: leges dei que iccirco data e
 vt sacrificia sathane phibeat: eadẽ

ipsam in sacrificiũ sathane vertant:
 vnde per phetam dominus queritur
 dicẽs. Dedi eis frumẽtium vinum 7
 oleum 7 argentum multiplicauit eis
 7 aurum: que fecerunt baal. Frumẽ
 tum a domino accepimus quando
 in ocis obscuriorib; sub ducto reg
 mine lre per medullam spũs legis i
 terna sentim: vinũ suum dñs pstat
 cũ scriptare sue alra p̃dicatiõẽ nos
 debiat. Oleũ quoq; suũ nobis tri
 buit: cũ p̃ceptis aperiorib; vitã no
 stram blanda lenitate disponit. Ar
 gentum vero multiplicat: cũ nobis
 luce veritatis plena eloquia submi
 nistrat. Auro quoq; nos ditat. qñ
 cor nostrum itellcũ sumi fulgoris
 irradiat. Que cuncta beñtici baal of
 ferunt: quia apud auditorũ suozum
 corda: corrupte omnia itelligendo
 peruertunt. Et de fructu d̃i vino 7
 oleo argento pariter 7 auro sathane
 sacrificium imolant: qz ad errorem
 discordie: verba pacis inclinãt. Ad
 monendi sunt vt perpendant quia
 dum peruersa mente de p̃ceptis
 pacis discordiam faciunt: iusto dei
 examine ipsi de verbis vite moriun
 tur. Et contra admonendi sunt
 qui verba quidem legis recte intel
 ligunt: s; bec humiliter non loquũ
 tur: vt in diuinis sermonibus pri
 usquam eos alijs proferant: semet
 ipsos requirant: ne insequentes
 aliozum facta se deserant: 7 cum
 recte cuncta de sacra Scriptura
 sentiunt: hoc solum quod per il-

lam contra elatos dñi nō attendant. Improbis quippe et iperitis est medicus qui alienum mederi appetit: et ipse virtus patitur quod nescit. Qui igitur verba dei humiliter nō loquuntur, peccato admonēdi sunt: ut cum medicamina egris imponunt prius virus sue pestis inspiciāt: ne alios medēdo ipsi moriātur. Admoneri debēt ut considerēt ne a virtute dei: dicēdi qualitate discordēt ne loquendo aliud: et ostēdendo aliud predicēt. Audiāt itaq; quod scriptum est. Si quis loquitur quasi sermones dei. Qui ergo verba que proferunt ex propriis nō habēt: cur quasi de propriis tumēt. Audiāt quod scriptum ē. Sicut ex deo et corā deo in xpō loquimur. Ex deo enim coram deo loquimur: qui predicationis verbum: et quia deo accepit intelligit et placere per illud deo non hominibus querit. Audiāt quod scriptum est. Abominatio domini est omnis arrogans. Quia videlicet dum in verbo dei gloriam propriam querit: ius dātis inuadit: eumque laudi sue postponere nequaquam metuit: a quo hoc ipsum quod laudatur accepit. Audiāt quod predicatori per salomonem dicitur. Bibe aquam de cisterna tua: et fluēta putei tui. Deriuentur fontes tui foras: et in plateis aquas diuide habeto eas solus: nec sint alieni participes tui. Aquas quippe de sua cisterna predicator bibit: cuius ad cor suum rediens prius audit ipse quod

dicit. Bibit enim fluēta sui putei si sui irrigatione infunditur verbi: vnde bene subiūgitur. Deriuentur fontes tui foras et in plateis equas diuide. Rectum quippe est: ut prius ipse bibat: et tunc alijs predicando influat. Fontes namque foras deriuare ē: exterius vniū alijs predicationis infundere. In plateis autē aquas diuidere ē: in magna auditorum multitudiē iuxta vniū cuiusque qualitate diuina eloquia dispensare. Et quā plerūque inanis glorie appetitus subrepat: dum sermo dei ad noticiam multorum currit: postquā dictum ē in plateis aquas diuide: recte subiūgitur: habeto eas solus: nec sint alieni participes tui. Alienos quippe malignos spūs vocat: de quibus per prophetam voce temptati hoīs dñi. Alieni in surrexerunt in me: et fortes quesierunt animam meam. Sit ergo aquas in plateis diuide: et tamen solus habē. Ac si apertius dicat. Sic necesse ē ut predicationi exteriū seruitas quatinus per elationem te in mundis spiritibus non coniungas ne in diuini verbi ministerio: hostes tuos ad te participes admittas. Aquas ergo et in plateis diuidimus et tamē soli possidemus: quando et exterius late predicationem fundimus: et tamen per eam laudes humanas assequi minime ambimus.

Quod aliter admonēdi sunt qui cum predicare diuine valeant: premium humilitate formidant. Atque aliter r

quos a p̄dicatione ip̄fectō vel etas
phibet: ⁊ tamen p̄cipitatio impel-
lit. *Cap. xlii.*

Liter admonēdi sunt qui cū
p̄dicare digne valeant: p̄ nimia hu-
militate formidant: atq; aliter ad-
monēdi sunt q̄s a p̄dicatione imp̄-
fectio vel etas phibet: ⁊ tamen p̄-
cipitatio impellit. Admonēdi nāq;
sunt: qui cū p̄dicare vtiliter possūt:
imoderata tñ humilitate refugiant
vt ex minorib; p̄sideratiōe colligant:
q̄tum i maiorib; rebus delinquant
Sic enī indigētib; p̄mis ipsas
quas habent pecunias abscondēt
adiutores p̄culdubio calamitatis
extitissent. Quo igitur reatu p̄strin-
gantur aspiciant: qui dum peccan-
tibus fratrib; x̄bum p̄dicationis
strahūt: morientib; mētibus vite
remedia abscondunt. Unde bene
quidam sapiens dicit: Sapiētia
abscondita ⁊ thesaurus abscondit;
que vtilitas i vtriq; ⁊ Si populos
fames attereret: ⁊ occulta ipsi fru-
menta suarēt: auctores p̄culdubio
mortis existerēt. Quia itaq; pena
plectendi sunt p̄siderēt qui cū fame
verbi anime pereār: ipsi panē perce-
pte gratie nō misstrāt. vñ ⁊ bene per
salomonem dī. Qui abscondit fru-
menta maledicetur in populis. Fru-
menta quippe abscondere est: p̄di-
cationis scē apud se verba retinere.
In populis aut talis quisq; maledi-
citur: q; i n̄ solius culpa silentij. pro
multorum quos corrigere potuit pe-

na dānatur. Si medicinalis artis
minime ignari secandum vuln; cer-
nerēt ⁊ tamē secare recusarent: pro
fecto peccatum fraterne mortis ex
solo torpore cōmitterent. Quanta
ergo culpa inoluant aspiciant: qui
dum cognoscunt mentiu; vulnera:
curare ea negligūt sectōe verborū:
vñ ⁊ bñ p. p̄pheta dī. Maledictus
ois q; phibz gladii suū a sanguine.
Gladiū q̄ppe a sanguine phibere
est p̄dicationis verbū a carnali vi-
te it̄fectōe retinere. De quo gladio
rursū dī. Gladius me; deuorabit
carnes. Ibi itaq; cū apud se sermo-
nem p̄dicationis occultant: dīnas cō-
tra se snias terribiliter audiāt: qua-
tinus ab eorum cordibus timorem
timor expellat. Audiantq; talentū
q; erogare noluit cum sentētia dam-
nationis amisit. Audiant q; paul;
eose a proximorū sanguine mūdū
credidit: quo feriendis eorum vitē
is non pepercit dicens. Contestor
vos hodierna die q̄a mūdus sum a
sanguine oīum vestrum. Nō enim
subterfugi quominus anūciarem
omne cōsiliū dei vobis. Audiant
q; d̄ voce angelica iohānes admōet
cum dicit. Qui audit dicat v̄i: vt
nimirum cui se vox interna isinuat
lluc etiaz clamādo alios quo ip̄era-
pitur trahat: nefozes clausas ēt vo-
catus iueniat: si vocatiuacu; appro-
pinqt. Audiat q; Isaias q; a verbi
mysterio tacuit: illustrat; luie sup-
no: magna voce p̄nie seipse rēphē-

dit dicēs. Uemibi q̄a tacui. Audi
ant q̄ p̄ salomonē in illum p̄dicati/
ōnis sc̄ia multiplicari p̄mittitur q̄
in hoc q̄ iā optinuit torporis vitio
nō tenet. At nāq̄. Anima que be
nedicit impiguabit: 7 q̄ iebziat ip/
se inebziabit. Qui enim exterius p̄
dicādo b̄ndicit interioris augm̄ti p̄
guedinē recipit: 7 dum d̄no eloq̄o
auditorum mētē debziare nō desi
nit: potu multiplicati muneris de/
bziat^o excreſcit: audiāt q̄ dauid hoc
d̄no i munere obtulit: q̄ p̄dicatoris
gratiā quas accepit nō abscondit di
cens. Eccel labia mea nō p̄hibebo:
d̄ne tu cognouisti. Iustitiam tuam
nō abscondidi in corde meo verita
tem tuā 7 salutare tuū dixi. Audiāt
q̄ sp̄ōsi eloq̄o ad sp̄ōsā dicat. Qui
bitas i hortis sponsi ausculta. Fac
me audire vocē tuā. Ecclesia q̄ppe
i hortis bitat: q̄ ad uiriditate itimā
exulta plātaria uirtutū suat. Cui^o
uocem amicos ausculta are ē electos
q̄sq̄ uerbū p̄dicatiois illi^o deside
rare. Quā. v3. uocē sp̄ōsus audire
desiderat: quia ad p̄dicationē eius
p̄ electoz suorum animas anhelat.
Audiāt quod moyses cū irascētes
d̄uz populo cerneret: 7 assumi ad u/
ciscendum gladium iuberet: illos a
parte dei denūciauit existerē: q̄ de
linquētium scelera icuntanter feri
rent dicens. Si quis ē d̄ni iungat
mibi. Donat uir gladius sup femur
suum. Ite 7 redite de porta vsq̄ ad
portā p̄ mediū castrorū: 7 occidat
us quisq̄ fratrem: 7 amicum: 7

primū suū. Gladius quippe super
femur suū ponere ē: p̄dicatiois stu
dium uoluptatibus carnis auferre
ut cū sc̄a q̄s studet dicere: curet ne
cesse ē illicitas suggestiōes edoma
re. De porta uero vsq̄ ad portā ire
necesse ē: a uicio vsq̄ ad uitiū p̄ q̄ ad
mētē mors ingredit: in crepādo
discurrere. Per mediū uero castro
rum ē transire: tanta equalitate in
tra ecclesiam uiuere: ut qui deliquē
tium culpas redarguit: i nullius se
debeat fauore declinare. unde recte
subiungit: occidat fratres 7 amicum
7 primat^o suum. Fratrem. s. 7 ami
cum 7 primū suū interficit: quicuz
punienda iuenit: ab increpationis
gladio: nec eis quos p̄ p̄iunctionē di
ligit p̄ci. Si ergo ille d̄i d̄i qui ad
uitia feriēda celo d̄ni amoris exē
tat: p̄fecto se eē dei denegat: qui
quantū sufficit: i crepare carnalium
uitā recusat. At q̄ admonēdi sūt
quos p̄dicationis offō ip̄fectio uel
etas p̄hibz: 7 tū p̄cipitatio impellit
ne dum tanti sibi onus offitij p̄ci
pitatōe arrogat uia sibi sequentis
melioratōis abscondat. Et cū arripi
unt intēpestiue q̄ nō ualēt: p̄dāt et
q̄ iplere q̄nq̄ potuissēt: atq̄ sciam
quā in cōgrue conant ostēdere: ut
ite ostēdant amississe. Admonēdi
sunt ut p̄siderēt: q̄ pulli antiū si ante
penarum perfectionē uolare appe
tunt: cum in altū ire cupiunt in ima
mergunt. Admonēdi sunt ut con
siderent q̄ structuris recentib^o nec
dūq̄ solidatis si tignozum p̄dus

superponit: non habitaculum: sed
 ruina fabricat. Admonēdi sunt vt
 cōsiderent: qz cōceptas soboles se-
 mine si prius q̄ plene forment pro-
 ferunt: nequa q̄ domos s̄ tumulos
 implēt. Hinc est. n. q̄ ipsa veritas q̄
 repente quos vellet roboreare potu-
 iss̄: vt exēplum sequentib⁹ se daret:
 ne imperfecti p̄dicare p̄sumerent
 postq̄ plene discipulos s̄ virtute p̄-
 dicatōis instruxit: illico adiunxit:
 vos autē sedete i ciuitate quo ad vl-
 qz induamini virtute ex alto. In ci-
 uitate q̄ppe sedemus si intra menti-
 um nostrarū nos claustra constrin-
 gimus: ne exteri loquendo euage-
 mur: vt cum virtute diuina perfecte
 induamur: tūc q̄si a nobis metipsis
 foras ēt istruentes alios exeamus.
 Hinc per quēdam sapientem d̄: A-
 dolescens vix loquere in cā tua: z si
 bis interrogatus fueris: habeat ini-
 tium responsio tua. Hinc ē q̄d idem
 redēptor noster cum in celis condi-
 tor sit: z in sue potētie ostēsiōe sem-
 per doctor angelorum: an̄ tercena-
 le tēpus in terra magister fieri no-
 luit hoium: vt videlicet p̄cipitatis
 v̄ saluberrimi timoris infunderet:
 cū ipse ēt q̄ labi nō poss̄: p̄fecte vite
 gr̄az non nisi p̄fecta etate p̄dicaret.
 Scriptus quippe ē. Cum fact⁹ ess̄
 annorum duodeci remāsit puer ie-
 sus in ierusalem. De quo a parenti-
 bus requisito paulo post subditur.
 Inuenerunt illum i templo sedētes
 in medio: doctorum audientem il-

los z interrogātem: vigilantiaqz
 consideratione pensandum ē. q̄ cū
 Iesus annorum duodecim d̄: i me-
 dio doctorum sedēs: nō docēs sed
 iterrogans inuenit. Quo. s. ex p̄lo
 ostendit: ne infirmus docere quis
 audeat: si ille puer doceri iterrogā-
 do voluit: q̄ per diuinitatis potētiā:
 verbum scie ipsi suis doctoribus
 ministravit. Cū vero p̄ paulū disci-
 pulo d̄: p̄cipe hoc: z nemo adole-
 scētiā tuā contēpnar: sciēduz no-
 bis est qz aliqui i sacro eloq̄o adole-
 scētiā iuuet⁹ vocat: q̄ cit⁹ ostēdit:
 si salomonis ad mediū verba p̄ferā-
 tur q̄ ait. Letare iuuenis i adolescē-
 tiā tua. Si. n. vni eē vtraqz nō de-
 cerneret: quē mōebat i adolescētiā
 iuuenē n̄ vocaret. Qz al̄ admo-
 nēdi sūt q̄ i hoc t̄paliter appetūt. p̄-
 spant: atqz aliter q̄ ea q̄dē q̄ mūdi
 sūt p̄cupiscūt: s̄ i aduersitatis fa-
 tigātur labore. Ca. I.

Alter admonēdi sūt q̄ i hoc
 q̄ t̄paliter appetūt. p̄spāt: atqz al̄
 q̄ ea q̄dē q̄ mūdi sūt p̄cupiscūt: sed
 t̄i labore fatigātur. Admonēdi sūt
 nāqz q̄ i hoc q̄ t̄paliter appetūt. p̄-
 spātur: ne cū cūcta ad votū suppe-
 tūt: dātē q̄rere negligāt: si i his que
 dantur aiūm figāt: ne pegrinat io-
 nem. p̄ patria diligant: ne subsidia
 itineris in obstacula perueniōis
 vertant: ne nocturno lune lumi-
 ne delectati claritatem solis videre
 refugiant. Admonēdi itaqz sunt
 vt queque in hoc Abundo con-

Tertia pars pastoralis.

sequuntur: calamitatis solatia: non autem premia retributionis credat sed contra mundi fauores metem erigant: ne in eis ex tota cordis delectatione succubant. Quisquis enim prosperitatem qua vitur: apud iudicium cordis melioris vite amore non reprimat: fauorem vite transeuntis in mortis perpetue occasiones vertit. Hinc est enim quod sub idumeorum spe qui vicēdos se prosperitatis sue de relinquerant: in huius mundi successibus letantes increpant: cuius dicit. Dederunt terram meam sibi in hereditatem cum gaudio ex toto corde et ex animo. Quibus verbis precipitur quod non solum quia gaudeant: sed quod toto corde et ex animo gaudeant. districta reprehensione fertantur. Hinc enī salomon ait. Aversio parvulorum interficiet illos: prosperitas stultorum perdet eos. Hinc paulus admonet dicens. Qui emunt tanquam non possidentes: et qui vitur hoc mundo tanquam non vitantur: ut videlicet sic nobis exterius que suppetunt seruiant: quatenus a supne delectationis studio: animus non inflectat ne luctum nobis interne peregrinationis tēpent: ea que in exilium positus subsidium prebent: et quasi in transitorijs nos felices gaudeam quod ab eternis nos interij miseros cernimus. Hinc namque est quod electorum voce dicit ecclesia. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me. Sinistra dei prosperitatem

videlicet vite pntis quasi sub capite posuit: quoniam intentiones sumi amoris premit. Dextera vero dei eam amplectitur: quod sub eius eterna beatitudine tota deuotione continet. Hic per salomonem rursus dicit. Longitudo dierum in dextera eius in sinistra vero illius diuitie et gloria. Diuitie itaque et gloria qualiter sint habenda docuit: que posita in sinistra memorauit hinc ait psalmista. Saluum me fac dextera tua. Neque enim ait manus sed dextera: ut videlicet cuius dextera diceret: quia eternam salutem quereret indicaret: hinc rursus scriptum est. Dextera manus tua domine confregit inimicos. Hostes enim dei et in sinistra proficiunt: et in dextera confinguntur: quod plerumque prauos vita prebens eleuat: sed aduentus eterne beatitudinis dānat. Admonēdi sunt qui in hoc mundo prosperant ut solerter considerent quod pntis vite prosperitas aliquādo licet dāat: ut ad meliorem vitam prouocet: aliqui vero ut in eternum amplius dānet: hinc est enim quod plebi israelitice terra chanaan promittitur ut quicquid ad eterna spanda prouocetur. Neque enim rudis ille populus promissionibus dei in longinquum crederet: si a promissore suo non ēt e uicio aliquid precepisset: ut ergo ad eternorum fidem certius roboretur: nequaquam solummodo spe ad res: sed rebus quicquid ad spem trahit. Quilicquid psalmista testat dicens. Dedit eis regiones gentium: et labores populorum possederunt: ut custo

Ant iusticiam eius: et legē ei⁹ req̄
 rant. Sed cum largiētē deum huma
 na mēs boni opis responsiōe nō se
 quit: unde nutrita pri⁹ pie creditur
 iustus ide damnat. Hinc. n. p̄ psal
 mistam rursum dī. Delecasti eos cū
 alleuarentur. Quia videlz reprobi
 cū recta opa dīnis manerib⁹ nō re
 pendūt: cū totos se hic deserūt: et a
 fluentibus prosperitatib⁹ dimittunt.
 Et unde exterius pficiūt: inde abi
 timis cadunt. Hinc est. n. q̄ in ifer
 no dīni cruciatio dī: recepit bona
 in vita tua: Iterco hic recepit bōa
 ēt malus: vt pleni⁹ illuc mala recipe
 ret: q̄ hic nec fuerat per bona con
 uersus. Et p̄ admonēdi sunt q̄
 ea q̄dem q̄ mundi sunt cōcupiscunt
 sed tñ aduersitatis labore fatigant
 vt pp̄dāt cōsideratōe sollicita: cre
 ator dispensat orqz cūctorum quan
 ta super eos gr̄a vigilet: quos i sua
 desideria nō relaxat. Egro quippe
 q̄ medicus despat cōcedit vt cūcta
 q̄ cōcupiscit accipiat: nā qui sanari
 posse credit: a multis que appetit
 phibet. Et nos nūmos subtrahi
 mus q̄bus tota sanū p̄monia re
 seruamus. Hic ergo de spe eterne
 hereditatis gaudium sumāt: quos
 aduersitas vite temporalis humili
 at: q̄ nisi saluandos i perpetuū cer
 neret: erudiendos sub discipline re
 gūnie: dina dispēsatio nō frenaret.
 Admonēdi itaqz sunt qui i his que
 tēporaliter cōcupiscūt aduersitatis
 labore fatigant: vt sollicitē conside

rēt: q̄ plerūqz ēt iustos cū tempora
 lis potentia substatit: velut in laque
 um culpa comprehēdit. Nam sic i
 priorū huius libri parte itaqz dixim⁹:
 dauid deo amabilis rector fuit in
 seruitio: q̄ cum puenit ad regnum.
 Seru⁹ nāqz amore iusticie: depre
 hēlum aduersarium ferire timuit:
 rex aut̄ per suatione luxurie deuoti
 militē ēt sub studio fraudis extirē.
 Quis ergo opes: quis potestates:
 q̄s gloriā q̄rat in orie: si et illi no
 xia extiterunt q̄ hoc habuit nō que
 sita: Quis inter hec sine magni dis
 criminis labore saluabit si ille i his
 culpa iterueniēte turbatus est: qui
 ad hoc fuerat deo eligēte p̄parat⁹?
 Admonēdi sunt vt cōsiderent q̄ sa
 lomō q̄ post tātam sapiāz vsqz ad
 idolatriam cecidisse describit: nil ē
 hoc mūdo prius q̄ caderet aduersi
 tatis habuisse memorat: s̄ cōcessa
 sapia funditus cor deseruit qd̄ nul
 la vel mīma tribulatiōis disciplina
 custodiuit. Quā aliter admonēdi
 sūt coniugis obligati: atqz aliter a cō
 iugij nexibus liberi. La. li.

Viter admonēdi sūt coniugis
 obligati atqz aliter a cōiugij
 nexibus liberi. Admonendi sūt nā
 qz coniugis obligati: vt cū vicissim q̄
 sunt alterius cogitant: eozam sic q̄
 qz placere studeat cōiugi: vt nō di
 spliceat p̄ditori. Sic ea q̄ hui⁹ mun
 di sunt agant: vt tñ appetere q̄ dei
 sunt nō obmittāt. Sic. n. de bonis
 p̄nib⁹ gaudeāt: vt cū intentione solli

Tertia pars pastoratis

cita mala eterna pertimescāt. Sic de malis tēporalib' lugeāt: vt tamē consolatiōe integra spem in bonis perennibus figant: quatinus dum in transitu cognoscunt esse q̄ agunt in mansiōe sciāt q̄ appetūt: nō mala mundi cor frangant: cuz spes bonozū celestū roborat. nec bona vite presentis decipiāt: cū suspecta subsequētis iudiciū mala cōtristāt. Ita qz animus christianoꝝ cōiugum z infirmus est z fidelis: qui z plene cūcta tēporalia despiciere non valet: z tamē eternis se per desiderū cōiungere potest: q̄uis in delectatiōe interim carnis iaceat. supne spei resectiōe cōualescat: z s' hz que mūdi sunt in vsu itinēris: speret q̄ dei sunt in fructu perueniēdis. Nectozū se ad hoc q̄ agit p̄feret. ne ab eo q̄ robuste sperare debuit sūditi' cadat. Qd bene ac bzeuiter paulus exprimit dices. Quia habēt vxores tāq̄ nō habētes sint: z qui vtiuntur hoc mūdo tāq̄ nō vtant: z qui flent tāq̄ nō flentes: z qui gaudēt tāq̄ nō gaudentes: vxores quippe tāq̄ nō habēdo hz: qui sic per illā carnali cōsolatiōe vtiuntur: vt tamē nūq̄ ad praua opera a melioris rectitudinis intentione eius amore flectatur: vxorē quasi nō habēdo hz qui transitoria esse cuncta sp̄itiēs: curā quidē carnis ex necessitate tollerāt: sed eterna gaudia spe ex desiderio expectat. Nō flendo autē flere est: sic ex erio a aduerſa p̄langere: vt tamē noue-

rit eterne spei p̄solatiōe gaudere: z rurſuz nō gaudēdo gaudere est: sic d' infimis animis attollere: vt tamē nūq̄ delinat summa formidare: vbi apte paulo post subdidit dices. Preterit eni figura huius mundi. Ac si aperte dicat. Nolite p̄stāter mūdū diligere: qm̄ z ipse nō potest que diligitis stare. In casuz cor quasi manentes figitis: dum fugit ipse quem amatis. Admonēdi sūt cōiuges: vt ea in quibus sibi aliquādo displicēt z patietes inuicē tolerēt: z exorātes inuicē saluēt. Scriptū nāqz est. Inuicē onera portate: z sic adimplebitis legē christi. Lex quippe christi charitas est: que ex illo nobis z largit' sua bona cōtrulit: z equanimiter mala nostra portauit. Tunc eni legem christi imitādo cōplemus: quando z nostra bona benigne conferimus: z nostrorum mala p̄e tolleramus. Admonēdi quoqz sūt vt eozū quisqz non tā que ab altero tolerat: q̄ q̄ ab ipso tolerantur attendat. Si eni sua: que portantur p̄siderat: ea que ab altero sustinet leui' portat. Admonēdi sunt coniuges vt suscipiēde proliis seneminerint causa coniunctos: z cū immoderate admixtionī seruētcs pro pagationis articulum in sum transferūt voluptatis: p̄pendant q̄ licet extra nō creant in ipso tamē cōiugio: cōiugū iura tranſcendūt: vnde necesse est vt crebris ieiuniis z orationibus delectant: qd puleh'ra specie copule admixtis vo-

luptatibus fedāt. Hinc est enī q̄ pe-
ritus medicine celestis apostolus
nō tā sanos instruit: q̄ infirmis me-
dicamēta monstrauit dices. De qui-
bus scripsistis in hi bonū est homi-
ni mulierē nō tangere. Propter for-
nicatiōe autē vnusquisq; suā vxorē
habeat: z vnaqueq; suū virū ha-
beat. Qui enī in fornicationis metū
premisit: p̄fecto non stantibus pre-
ceptum cōtulit: sed ne forte in terrā
ruerent lectum eadentibus ostēdit
vxori vir debitum reddat: similiter
z vxor viro. Quibꝫ dum in magna
honestate cōiugij: aliquid de volu-
ptate largiret: paulo post adiūxit:
hoc dico autē sin indulgentiā: non
sin imperium. Culpa quippe eē in-
nuitur quod indulgeniā perhibetur:
sed tanto citius relaxatur: q̄ro nō
per hanc illicituz quid agit: s; hoc
quod ēlicitum sub moderamine nō
tenet. Quod bene lothi semetipso
exprimit: qui ardentem sodomam
fugit: s; tamen segoz inueniēs: neq;
q̄ mor montana cōscendit. Arden-
tem quippe sodomā fugere ē: illicita
carnis incēdia declinare. Altitu-
do vero ē mōtuz: mūditiā continē-
tium: vel certe quasi in monte sunt:
qui ē carnalī copulē inherēt: sed
tamen extra suscipiēde plis admix-
tionem debitam nulla carnali volu-
ptate soluiūt. In mōte quippe sta-
re est fructū ppaginis i carne non
qrere. In mōte stare ē: carni carna-

liter n̄ adberere. S; q; sūt multi q̄
qdē scelera carnis dserūt: nec tñ in
p̄iugio positi: vsus solūmodo debi-
tūra cōseruāt. Exiit qdē loth sov-
domam: s; tamē mox ad montana
n̄ puēit: q; tā dānabilis vita relinq;
tur: s; ad hec celsitudo p̄iugalis cō-
ti-ētie subtiliter nō tenet. Est vero
i medio segoz citas: q̄ ifirmū fugiē-
tē saluet: q; v; cū sibi p̄ cōtinētiā
miscēt p̄iuges: z lapsus scelez fu-
gūt: z tñ venia saluant. Quasi par-
uā ciuitatē inueniūt in q̄ ab ignibꝫ
defendant. Quia p̄iugalis hec vi-
ta: nō qdē i virtutibꝫ mira ē: s; tamē
a supplitijs securā: vñ idē loth ad
angelum dicit. Est ciuitas hic iuxta
ad quā possum fugere parua: z sal-
uabor in ea. Quā quid nō modica ē:
z uiuet in carmina mea? Iuxta igitur
dicit: z tamē ad salutē tura perbi-
betur: q; coniuqalis vita: nec amū-
do longe diuisa ē: nec tñ a gaudīo
salutis aliena. S; tūc in actōe hac
vitā suā cōiuges q̄s in pua ciuitate
custodiūt: qñ assiduis deprecatiō-
bus intercedunt: vnde recte per an-
gelum ad eundem loth dicit. Ecce
etiam in hoc suscepi preces tuas:
vt non subue: tam urbem pro qua
locutus es. Quia videlz cū deo de-
precatio fundit: nequa q̄ talis con-
iugij vita damnat. De qua depra-
tione paulꝫ quoq; admōet dicens.
Nolite fraudare inuicem: nisi forte
ex consensu ad tempus: vt vacet
orationi. At contra admonendū
F iiii

sunt qui ligati cōiugiis non sūt: vt celestib⁹ preceptis eo rectius sūnt quo eōs ad curas mundi nequaquā iugum copule carnalis inclināt: ut quos onus licitum nō grauat cōiugū: nequaquā pōdus illicitū terrene sollicitudinis p̄mar: sed tanto eos paraiores dies vltimus: quāto z expe litiores inueniat: ne quo meliōra agere vacātes possūt sed tamē negligunt: eo supplētia deteriora mereātur. Audiāt qđ paulus cum quosdā ad celibatus grām instrueret: non cōiugium spreuit: sed curas mundi nascentes ex cōiugio repulit dicens. Hoc ad vtilitatem vestram dico: nō vt laqueū vobis intiam: sed ad id qđ honestum est: z qđ facultatē p̄beat sine impedimēto domino obsecrandi. Ex cōiugiis quippe terrene sollicitudines p̄deunt: z itāre magister gēnium auditores suos ad meliōra p̄suasit ne terrena sollicitudine ligarētur. Quez igitur celibez curarum secularium impedimētū p̄pediūt: z cōiugio se nequaquā s̄didit: z tñ cōiugij onera non euasit. admonēdi sunt celibes ne sine damnationis iudicio miserī se feminis vacantib⁹ putēt. Lumen p̄ paulus fornicatiōis vitium tot erimūtib⁹ exercēdis inseruit: cuius sit reatus indicauit dicens. Neqz fornicatores: neqz idolis sūlētēs: neqz adulteri: neqz molles: neqz masculorum cōcubitores: neqz sures: neqz auari: neqz ebrioli: neqz

maledici: neqz rapaces: regnū dei possidebūt. Et rursum. Fornicatores autem: et adulteros iudicabit dñs. Admonēdi sūt itaqz: vt si tēptationū p̄cellas cū difficultate salūtē tolerant: cōiugij portum petāt. Scriptum quippe est. Melius est nubere qđ vri. Sine culpa ad cōiugium quippe veniunt: si tñ nec duz meliōra deo vouerunt. Nam q̄squis bonū maius subire p̄posuit: bonū min⁹ quod licuit: illicitum fecit. Scriptū quippe est. Nemo mittens manū suā ad aratrum: z aspiciens retro aptus est regno dei. Qui igitur fortiōri studio itenderat retro: conspice re: quincit: si relictiis bonis amplioribus: ad mīna retroqueat. Quā aliter admonēdi sunt p̄cōrū carnis p̄scij. Atqz alii ignari. Cap. liij.
Liber admonēdi sunt p̄cōrū carnis p̄scij: atqz aliter ignari. Admonēdi sunt p̄cā carnis exp̄ti: vt mare saltem post naufragium memant: perditionis sue discrimina vel cognita per horrescant: ne q̄ pie post perpetrata mala seruati sunt: hec ip̄robe repetēdo moriant: unde peccanti anime nequaquā a peccato desinēt dñ. Frōs mulieris mēretricis scā est: tibi: nolūisti erubescere. Admonēdi itaqz sunt vt studeant: quatinus si accepta nature bona integra seruare noluerūt: saltem scilla resarciant. Quibus nimirum necesse est vt perpendant vitā magno fidelium numero: q̄ multi z se

illibatos custodiant: et alios ab ero-
 rore couertat. Quid igitur isti dictu-
 ri sunt: si alius in integritate stantibus?
 ipsi nec post damna resipiscunt?
 Quid igitur dicturi sunt: si cum mul-
 ti et alio et secus ad regnum defecerunt?
 hi expectanti domino: nec semetipsos
 reducant. Admonendi sunt ut pre-
 terita admittenda considerent: et imine-
 tia dimittent: unde et sub iudee specie
 per prophetam dominus corruptis in
 hoc mundo mentibus transactas cul-
 pas ad memoriam reuocat: quatinus
 polluti in futuris erubescant di-
 ctes. Fornicate sunt in egypto in ado-
 lescentia sua. Ibi subacta sunt vbera
 earum: et fracte sunt mammae puberta-
 tis earum. In egypto quippe verba
 subiungunt: cum tibi huius mundi de-
 siderio humane mentis voluntas
 libest. In egypto pubertatis mam-
 me fracte sunt: quando naturales se-
 sus adhuc in semetipsis integri pul-
 sant: concupiscentie corruptioe vici-
 ant. Admonendi sunt peccata carnis ex-
 perti: ut vigilantia cura conspiciant
 post delicta nobis ad se redeuntibus
 deus quam a beniuolentia sinu sue
 pietatis expandat: cum per propheta-
 tam dicat. Si dimiserit vir uxorem
 suam: et illa recedens duxerit alteram
 viram: numquid reuertet ad eum vl-
 tra? Numquid non contaminata: et
 postura erit mulier illa? Tu autem
 fornicata es cum amatoribus tuis
 multis: tamen reuertere ad me dicit
 dominus. Ecce de fornicante et reli-

eta muliere argumentum iusticie pro-
 ponit: et tamen nobis post lapsum
 redeuntibus non iusticia: sed pietas
 exhibet: ut hinc vniuersum colligamus
 si nobis delinquentibus tanta pieta-
 te peccati: a nobis nec post delicta re-
 deuntibus: quanta improbitate pec-
 cat: aut que ab illo erit super impro-
 bos vindicta: qui non cessat vocare:
 post culpam. Que nimirum bene per
 prophetam post delictus misericor-
 dia vocationis exprimit: cum a ver-
 so homini dicit. Et erunt oculi tui
 videntes preceptorem tuum: et aures
 tue audient verbum post tergum i-
 nuentis. Humanum quippe genus do-
 minus in facie monuit: quando in pa-
 radiso condito homini atque in libe-
 ro statu: arbitrio quid facere: quod
 ue non facere deberet in dicit. Sed
 homo in faciem dei terga dedit cum
 superbiens eius iussa contempsit: nec
 tamen deus superbientem deseruit
 qui legem ad reuocandum homines de-
 dit: et exhortantes angelos misit: in
 carne nostre mortalitatis apparuit
 Ergo post tergum stans nos admo-
 nuit: qui ad recuperationem nos gra-
 tie et contemptus vocauit. Quid igitur
 generaliter simul potuit dici de
 cunctis: hoc necesse est specialiter se-
 tiri de singulis. Quasi enim coram
 deo positus quisque eius verba mo-
 nitionis percipit: cum priusquam peccata
 perpetret: voluntatis eius precepta
 cognoscit. Ad hec enim ante eius fa-
 ciem stare est: nec dum peccato eius

Tertia pars pastoralis.

contempnere. Cum vero iam dere-
 licto bono innocentie; iniquitate eli-
 gens appetit terga iam i eius facie
 mittit. Sed ecce adhuc et post tergum
 dūs sibi quēs monet: q̄ et post cul-
 pam ad se redire p̄suadet. Aversū
 reuocat: cōmissa nō respicit: reuer-
 tenti sinum sine pietatis expandit.
 Voces igitur post tergum monēdis
 audimur: si ad inuitantem nos do-
 minum saltem post peccata reuertimur.
 Debemus igitur ad pietatē vo-
 cantis erubescere: si iusticiam nolu-
 mus formidare. Quia tanto graui-
 ori improbitate contēpnit: quanto et
 contēptus ad hec vocare non dedi-
 gnatur. At cōtra admonēdi sūt
 pctā carnis ignozantes vt tanto sol-
 licitius p̄cipitē ruina mētiar: quā-
 to altius stant. Admonēdi sūt vt cō-
 siderēt: qz quo magis in loco p̄mi-
 nētī cōsistūt: eo crebrioribus sagit-
 tis insidiatoris ip̄erunt: qui tanto
 ardentius solet erigi quāto se robu-
 stius cōspicit vinci. Tātoqz itollera-
 bilius dedignat vinci: quāto cōtra
 se videt per integra infirme carnis
 castra pugnari: admonēdi sunt vt i-
 cessanter: p̄emia suspiciant: et liben-
 ter p̄culdubio tēptationum quas
 tollerant labores calcabūt. Si n. at-
 tendat felicitas: q̄ sine transitu atti-
 git: leue sit quod transeūdo labora-
 tur: audiant quod per prophetā di-
 cit. Hec dicit dominus. Eunuchis
 qui custodierint sabbata mea: et ele-

gerent que volui et tenuerit meus se-
 dus: dabo eis in domo mea et in iu-
 ris meis locū et nomē melius a filiis
 et filiabus. Eunuchi quippe sunt q̄
 compressis motibus carnis: affectū
 i se prauis op̄is abscidūt. Quo autez
 apud p̄m loco hēant ostēdit: q̄ i
 domo p̄is videlicet mansionē eter-
 na ē filiis preferunt: audiant qd̄
 p̄ iobānem d̄. Hi sunt qui cū mul-
 tibus nō sunt coinquati virgines
 enim sūt. Hi sequunt agnum quo-
 cūqz ierit. Et quod canticum cantat:
 quod nemo possit dicere: nisi illa cē-
 tū quadraginta quattuor milia. Sin-
 gulariter q̄ppe agno canticum cāta-
 re ē: cum eo ip̄erpetuū p̄e cunctis
 etiam de incorruptōe carnis gaude-
 re. Quā tamē electi ceteri canticūz au-
 dire possunt: licet dicere nequeāt: qz
 per caritatem q̄dem in illorum cel-
 situdine leti sunt: q̄uis ad eorum p̄-
 mia nō assurgant. Audiāt peōrum
 carnis ignari: quod p̄ semetipsā d̄
 hac itegritate vitas dicit. Nō oēs
 capiunt verbum hoc: qd̄ eo inouit
 sūmū: q̄ denegauit eē oīum. Et d̄
 predicat qz difficile capitur: audien-
 tibus inuicē ceptū cū qua cautela te-
 neatur. Admonēdi itaqz sunt pctā
 carnis ignozantes: vt et p̄minere
 virginitatem coniugis sciant: et m̄
 super coniuges se nō extollant: q̄ti-
 nusd̄ uni et virginitatem preferunt
 et se postponunt: et illud nō deserāt:
 q̄ esse melius extimant: et se custodi-

ant q̄ se inaniter non exaltent: Ad
monendi sunt vt considerent quod
plerūq; actione secularium: vita cō
funditur continētium: cum z illi vl
tra habitū assumūt opera: z isti iu
rta ordinem pprium nō excitāt cor
da: vnde per ppbetam dī. Erube
sce sidon ait mare. Quasi enim per
vocem maris ad verecūdiam sidō
edducitur quādo per comparatio
nem secularium vite: atq; i hoc mū
do fluctantium: eius qui munitus
z quasi stabilis cernitur vita repro
batur. Sepe. n. nōnulli ad dominū
post carnis pctā redeuntēs: tāto se
ardentius in bonis operibus exhi
bent: quanto se damnabiliores de
malis vident: z sepe quidam in car
nis integritate perdurātes: cum mi
nus se respiciunt h̄e q̄ desicāt: ple
ne sibi sufficere vite sue inocētā pu
tant: atq; ad feruorem spūs nullis
se ardozis stimulis inflāmant. Et fit
plerūq; deo gratioz: amoze ardēs
vita post culpam: q̄ securitate toz
pens inocētā: vnde z voce iudicis
dicit. Remittuntur ei pctā multa:
quoniam dilexit multuz. Et gaudi
um erit angelis dei in celo sup vno
pcōze penitente: q̄ super nonagin
nouem iustis: quibus nō est opus
pnia. De citius ex ip̄o vsu colligim⁹
si nostre iudicia mentis pensemus.
Plus nāq; terrā diligimus q̄ post
spinas fruct⁹ vberes pducit: quam
que nullas spias habuit: sed tamē

ex culta sterilem segetē gignit. Ad
monēdi sunt pctā carnis ignoran
tes: ne superioris ordinis celsitudi
ne se ceteris preferant: cum ab infe
rioribus quāta se meli⁹ agant igno
rant. In examine autem recti iudi
cis: mutat merita ordinuz qualitas
actionum. Quis enī consideratis
ipsis rerum imaginibus nesciat q̄ i
natura gēmarum carbūculus prefe
ratur iacinto? Sed tamē cerulei co
loris iacintus preferē pallēti carbū
culo: qz z illi quod nature ordo sub
trahit: spēs deozis adiūgit. Et hūc
quem naturalis ordo preuulerat co
loris qualitas sedat. Sic ergo i hu
mano genere z quidam in meliori
ordine deterio: es sunt: z quidam i
deterioze meliores. Quia z isti for
tē extremi habitus: bñ viuendo trā
scendunt: z illi superioris loci meri
tum moribus nō exequēdo dimi
unt. **Q** aliter admonēdi sunt q̄
peccata deplozant operum: aliter q̄
cogitationum. **Ca.** liij.

Liter admonendi sunt qui
peccata deplozant operum:
aliter qui cogitationum. Admonē
di quippe sunt qui peccata deplozāt
operum: vt consummata mala perfe
cta diluant lamentatione: ne plus
astringantur i debito ppetrati ope
ris: z minus soluantur i fletibus sa
tisfactionis. Scriptum quippe est
Potū dedit nobis i lacrimis i mēsu
rā. Ut videt; vnusquisq; mēs tm̄

penitendo compunctionis sue bibat lacrimas: quantum se a deo minuit aruisse per culpas. Admonēdi sunt vt incessanter admissa aī oculos reducant: atq; viuendo agant: vt a districto iudice videri nō debeat: vnde dauid cum peteret dicēs auerte oculos tuos a peccis meis: paulo superius intulit. Delictus meum coram me ē semp. Ac si diceret. Peccatum meū ne respicias postulo: q; hoc ipse respicere nō cesso: vnde per ppbetaz domin' dicit. Et peccatorū tuorum memor nō ero: tu autem memor esto. Admonēdi sūt vt singula queq; admissa considerent: z dum per vnū quodq; erroris sui in quinationem deflent: simul se actos lacrimis mundēt: vnde p hie remiā dicit. Cum iudex singula dicta pensare f: diuisiones aquarū deduxit oculus me'. Diuisas quippe ex oculis aquas deducim': quādo peccis singulis dispartitas lacrimas dam'. Neq; .n. vno eodēq; tēpore equemēs dolet de omnibus: s; dū nūc huius: nūc illius culpe memoria acrius tangit: simul de omnib' in singulis cōmota purgatur. Admonēdi sunt vt misericordia quam postulant presūmāt ne vniuersitate afflictionis intereant. Neq; enī pie domin' ante delinquētium oculos flenda peccā opponeret: si per se metipsuz ea districte ferire voluiss;. Constat enī q; a suo iudicio abscōdere voluit: quos miserando pūē-

ens semetipsos iudices fecit. Hinc enim scriptū est. Preueniamus faciem ei' in confessione. Hinc per paulum dicit. Si nos metipsos diiudicauerimus: non vtiq; diiudicauerimur.

Kursiq; admonēdi sunt vt sic d' spe fiduciam habeant: ne tamē incauta securitate torpescāt. Plerūq; nāq; hostis calidus mētem quaz pccō supplantat: cū de ruina sua afflictā respicit: securitatis pestifere biā d' tuis seducit. Quod figurate exprimitur: cum scām dīne memoratur.

Scriptum quippe est. Egredia ē dīna vt videret mulieres regionis illius. Quam cum vidiss; sichei filius emor enei princeps terre illi' ad amauit: z rapuit: z dormiuit cum illa: vt opprimens virginem: z aglutinata est anima eius: cuz illa: tristē q; blanditijs definuit. Dīna quippe vt mulieres videat ex rance regionis egreditur: quando vnaqueq; mēs sua studia negligēs: actiones alienas curans: extra habitum atq; extra ordinem pprium vagatur. Quam sichei princeps terre opprimat: quia videlicet inuentaz incuris exterioribus diabolus corrumpit. Et conglutinata est anima eius cū ea: q; vnitam sibi per iniquitatem respicit: z quia cum mēs a culpa respiscit: ad se reducit atq; admissum flere conatur. Corruptor autem spes: ac securitates vacuas: ante oculos reuocat: quatinus, utilitatem tristitie: subtrahat

subtrahat: recte illic adiungit. Tri-
stisq; blanditijs delinuit: modo n.
aliozum scā grauiora: modo nil esse
quod perpetratum est: modo mise-
ricordem deum loquitur: modo ad
huc tēpus subsequens ad penitenti-
am pollicetur: vt dum per hec mēs
decepta ducitur: ab intēione peni-
tentie suspendatur: quatin^o tūc bo-
na nulla p̄cipiat: quānūc mala nul-
la contristat: et tūc plenius obua-
tur supplicijs: et tūc plenius gaudet de
litijs. Et contra admonēdi sunt
qui peccata cogitationum desēt: vt
solicite considerēt intra mentis ar-
chana: vtrum delectatōe tamūno-
do: an ēt consensu deliquerint. Ple-
rūq; enim tēptatur cor: et ex carnis
nequitia delectatur: et tamē eidē ne-
quitiē ex rōne renitit: vt in secreto
cogitationis et contristet quod libz
et libeat quod contristat. Nōnūq;
vero ita mēs baratro tēptatiōis
absorbetur vt nullatenus renitatur:
sed ex deliberatione hoc sequitur:
vnde ex deliberatōe pullatur: et fa-
cultas si exterior suppetit rez: mor-
effectibus interiora vota consumat
q̄ videt: si iusta ai aduersio districti
iudicis respicit: non ē cogitationis
culpa: s; operis. Quia et si reruz tar-
ditas foras peccatum distulit: int^o
ex consensionis opere voluntas im-
pleuit. In primo autem parente di-
dicimus quia tribus modis omnis
culpe nequitiaz per petram^o. Sug-
gestionē. s. delectationē: et consensu

Primum itaq; per hostes: s; vero p
carnem: tertium per sp̄ritum ppe-
trat. Insidiator enim praua sugge-
rit: caro se delectationi subdit: atq;
ad extremum sp̄s vitius delecta-
tioni consentit: vnde et illic serpens
praua suggestit: eua autem qualica-
ro delectationem se subdidit: adam
vero velut sp̄s suggestionē ac de-
lectationē superatus assensit. Sug-
gestionē itaq; peccatuz agnoscin^o
delectationē vincimur: consensu et
ligamur. Admonēdi sunt igit^o qui
nequitias cogitationis flent: vt sol-
licite considerēt: in qua peccati men-
sura ceciderūt: quatinus iuxta rui-
ne modum quam in semetipsis in-
trosum sentiunt: et mensura lamē-
tationis exigatur: ne si cogitata ma-
la minus cruciant: vsq; ad ppetran-
da opa perducant. S; inter hec ita
terrendi sunt: vt tamen minime frā-
gantur. Sepe enim misericors de-
o cit^o pctā cordis diluit: quo hoc
exire ad opera nō p̄mittit: et cogita-
ta nequitia q̄ totius soluitur: qz esse
ctu operis districtius non ligatur:
vnde recte per psalmistam dī. Dixi
p̄nūciabo aduersuz me iniusticias
meas domino: et tu remisisti impieta-
